Urſinus chunem rem ex *Luciani* Phallo ſcitè exponit Anal. Sacr. vol. *II.* lib. *I.* m. 14. p. 140-143. Conſimilem huic narrationem de *Vulfilacio*, Diacono *Epoſciano* conſignavit *Greger. Furoſenſis*, quam propter materiæ affinitatem annotâſſe h. l. ſufficiat, ex ejus Hiſt. Franc. lib. *IIX.* cap. 15. p. 418.

XXV.

IN *campo medio* procidebat ſuper genua *Legio Fulminatrix*, quando ſiti pariter ac hoſtium multitudine in terrâ peregrinâ oppreſſo Imperatori *Aureliano*, omniq; adeò exercitui & fulmen à Deo impetrabat, quo fugabantur hoſtes & delebantur; & *imbrem* gratioſum, qui totum exercitum reficiebat & recreabat: an verò inde nomen hoc ſortita fuerit, alius fori quæſtio eſt. videantur *Euſeb.* H. E. *V.* 5. fol 125. *Niceph. V.* 12. fol. 199. *Xiphilin. Tertull.*

Digitized by Google

tull. ad Scap. fol. 554. in Apologet. fol. 816. 817. *Bucholc.* Jud. Chronol. p. 162. *Candrar.* Hor. ſuccis. cent. *III.* c. 4. p. 14. *Dilher.* diſp. de Inſcript. *III. Hildebr.* Ritual. c. *VII.* §. 8. *Kortholt.* l. c. ſect. *V.* §. 29. p. 214. 215. *Ravanell.* Biblioth. S. Tom. *II.* fol. 1333. a. Sachſe l. c. fol. 115. Söffing ſecul. *II.* p. 185. &c. *Voſſius* comm. in Epiſt. *Plinii* pag. 75. usq; ad *fin.* in *agro Pius Aquilej* apud *Baleum* p. 8. f. in *loco ſecreto trans Tiberim cum multis Chriſtianis* Caliſtus apud eund. p. 11. Fabianus *ex agro* in urbem redit. p. 13. m. *In ſilvas* ſe abdidiſſe quosdam, nec paucos *ad montes* ſe contuliſſe itidem narrat *Euſeb.* H. E. *X.* 8. fol. 295. b. velut & *Silveſter I.* inde abſtractus dicitur à *Baleo* §. 2. 3. ad quorum fortè ſimilitudinem *Donatiſtæ* olim *Montenſes*, *Montaniſtæ* & *Campates*, à montibus ſcil. & *campis*, in quibus clanculùm conveniebant,

bant, appellati memorantur *Euſ. Bohemo* ad Epit. Pappi membr. *IV*. p. 823. pr. conf. *Theodorit*. H. E. *V*. 19. fol. 161. g.

XXVI.

Ab eorum verò radicibus depulſi Paſtores animarum fideles *ad ripas vicini fluminis oves paſcebant*, (quod & de *Jacobo* quodam *S. Ambroſius* refert lib. *VII*. ep. 37. fol. 64. 65. adde *Ravanell*. l. c.) *non enim more eorum, qui Babylone captivi tenebantur, organa ſuſpendebant, ſed conditorem & Patronum ſuum in omni loco dominationis Ejus hymnis celebrabant. Caterùm ne iſto quidem in loco conventum piorum paſtorum, CHRISTUM Dominum divinis laudibus efferentium, agi beſtiis ille paſſus eſt; proinde duo illi paſtores admirabiles* (Diodorus & Flavianus) *divinis ovibus velut in gymnaſium* bellicum *coactis, ſpirituales* herbas *eis demonſtra-*

ſtrabant, atq; Diodorus vir ſapientiſſimus fortiſſimusq; langaram fluvius limpidus & ingens tum ſuorum animos fortitudinis rivulis irrigabat; tùm adverſariorum blaſphemias ſinceræ doctrinæ undis penitùs obruebat; Flavianus autem optimus vir, quanquam ipſe in conventibus eccleſiaſticis minimè concionatus eſt; illis tamen, qui id munus obibant, magnam copiam argumentorum & ſententiarum è S. Literis petitarum ſuppeditabat; atq; ut illi arcus contra Arianam blaſphemiam tendebant, ita hic ex mente, tanquam ex pharetra tela eis ſubminiſtrabat: è quorum numero Aphraates ſalutem ovium ſuæ ipſius tranquillitati anteponens, gurguſtio, in quo vitam monaſticam excoluerat, relicto, labores paſcendi gregis Dominici ſibi imponebat, & expoſtulantis ſecum *Valentiniano,* in faciem intrepidus regerebat: *quoniam jam magnoperè conturbarentur oves Salva-*

vatoris, & multum eis immineret periculi neceſſe *eſſe omnes vias perſequi; non modò ne à feris caperentur, ſed etiam ut conſervarentur incolumes.* Quæ longiuſculè licet, verbis tamen *Theodoriti* quàm propriis eloqui, imò deſcribere placuit ex H. E. l. *IV.* c. 23. & 24. fol. 136-138. adde *Cyprian.* Epiſt. lib. *IV.* 6. fol. 126. &c. *Gregor. Nazianz.* Orat. *XXVII.* Tom. 2. fol. 459. b. Ita & alius *Monachus*, cui nomen *Dionyſio* de ſe teſtari poterat, quod *ſingula loca ad ſingula afflictationum genera ſibi præſtituta, ut ager ſilveſtris, ſolitudo deſerta, navis fluctibus jactitata, diverſorium publicum & horridus carcer oportuna ſibi viſa fuerint, in quibus celebres conventus magno ſtudio ageret*, apud *Euſeb.* H. E. l. *VII.* c. 7. f. 197. *Dannh.* l. c. Theatr. 3. phæn. 1. p. 581. Probè nôrant ſcil. vigilantiſſimi S. Gregis cuſtodes, *quantus animus*, quanta requirere-

tur in perſecutione *conſtantia*; ſedulò itaq; infirmioribus ſubvenire laborabant: *vaſtum* quippe *mare*, *in quo navigia corporis noſtri decurrunt: quorum igitur naves carinis munitæ ſunt, ii incolumes navigare poſſunt; infirma autem, etiam ſine fluctibus in tranquillitate periclitatur* prout ſuam *Anaſtaſiam* ſolatur *Chryſogonus Confeſſor* apud *Herm. Germberg.* Epiſt. Sacr. dec. *V.* m. 9. pag. 387. conf. Decretum *Nicolai I.* apud *Caranzam* in ſumma Concil. p. 563. Et hi ſunt *loci incerti*, in quibus paſſim ſub perſecutionibus illis graviſſimis ſua Chriſtiani Sacra celebraverunt.

XXVII.

C*Erti* è regione Sacrorum loci pro diverſitate temporum itidem variaverunt, ſuntq; vel *ante* vel *inter* vel *poſt* Perſecutiones, à quarum fine usq; in hunc diem non

ubiq;

Digitized by Google

ubiq; aut ſemper fuére variati. Primùm autem ante perſecutiones motas certus Eccleſiæ N. T. Sacrorum locus erat (*a.*) *Templum Hieroſolymitanum ſecundum*, in quo, dum Sacris operam navaret *Zacharias*, Præcurſoris Pater ab Angelo ſalutabatur, *Luc. I.* 11. *Oſiand.* Harm. Ev. *I.* 2. fol. 1. Conveniebant in eo quotannis *Joſeph* cum Mariâ, aſſumentes ſecum & infantem, & puerum JESUM, *Luc.* II. 21. &c. 40. &c. *Oſiand.* l. c. cap. 9. 12. fol. 1. Conveniebat ibi frequenter ſuos docturus SALVATOR, *Matt.* XXI-XXIV. XXVI. 55. *Marc.* XI-XIV. *Luc.* XIX-XXI. *Joh.* II. 14. &c. V. 14. VII. 14. &c. 28. IIX. 2. 59. X. 23. XII. XIIX. 20. *Oſiander* H. E. I. 21. & 24. II. 40. 43. 44. 49. III. 36. &c. IV. 1. 20. conf. *Cent. Magd.* I. lib. 1. c. 2. fol. 4. &c. *Hild.* de Pr. p. 6. *Ravanell.* Bibl. S. T. II. fol. 1334. b. Conveniebant inibi

Simeon & *Hanna*, *Luc*. II. 21. *Oſian.* I. 9. *Publicanus* & *Phariſ. Luc*. XIIX. 9. *Oſiand*. III. 27. *Apoſtoli* cum cœtu *Fidelium*, *Luc*. XXIV. 53. Act. II. 46. 47. III. 1. V. 12. XXI. 26. 27. vide *Bibliandri* Chriſtianiſm. ſempit. p. 7. b. f. *Cent. M.* l. c. *Clemen. Rom.* Recognit. l. I. f. 18. a. *Hildebr.* l. c. *Loſſ.* l. c. fol. 45. *Mornæ.* de Evchar. lib. II. c. 1. fol. 165. *Oſiand.* Harm. Ev. in fine. (β) Præter auguſtum hoc Hieroſ. Templum alias habebant, & in illâ, & in reliquis civitatibus, *Synagogas*, in quibus non infrequentes docuêre SALVATOR pariter & *Diſcipuli*. Vide *Matth*. IV. 23. IX. 35. XII. 9. XIII. 54. *Marc*. I. 21. 39. III. 10. VI. 2. *Luc*. IV. 15. 44. VI. 6. XIII. 10. *Joh*. VI. 59. XIIX. 20. *Actor*. IX. 20. XIII. 15. XXVI. 11. *Oſiand*. H. E. I. 20. 28. 43. 47. 48. II. 19. III. 15. adde *Cent. Magdeb*. I. 1. 6. fol. 240. & 2. 6. fol. 892. *Hoſpin*. de Templ. lib. I. cap.

Digitized by Google

c. 6. fol. 28. b. pr. *Micræl.* Synt. H.E. lib. II. ſect. 1. qv. 27. p. 406. &c. *Mornæ.* l. c. I. 3. fol. 48. &c. *Hier. Zanch.* loc. cit. (γ) Non alligata autem fuit his locis regionive Judaicæ Eccleſia, nec ordinariâ ſucceſſione exceperunt ſe *Templa*, *Baſilicæ*, *Ædesq́;* publicæ, cultui divino *unicè dicatæ*; ſed, velut in ſuperioribus dictum, preſſa validè, non tamen oppreſſa, latitans ſub modio à tenuibus orſa initiis inſtar grani ſinapis, ſuccenturiante Divinâ Benedictione, in tantum excrevit, ut totum pòſt terrarum orbem, omnesq́: ejus angulos *Ædibus ſacris repleverit*, prædicente, & eôdem comparationis genere utente ipſomet SALVATORE, Matth. XIII. 31. *Marc.* IV. 31. *Luc.* XIII. 19. ad quod non incommodè conferri poſſent, quæ *S. Auguſtin.* diſſerit ſerm. XXXI. de Sanctis. fol. 359. a. 1.

XXIIX.

DEvaſtato verò Templo, dirutis Synagogis diraſq; *perſecutiones, priores* præſertim, perpetiente Eccleſiâ, ob inimicorum tyrannidem, certis locis omninò carebant, nec habere eos poterant, qui ibidem loci perſiſtere nequibant, uti ad ſatiem, *credo*, in prioribus oſtenſum fuit. Omnem heic movent lapidem, & ſplendidè multa mentiuntur Pontificii, dum pars probabilitatem extructionis, pars etiam multitudinem quampiam & ſplendorem adſerere laborant. Et plurimum quidem præſidii ſperant ex voce *Eccleſiarum*, ſed id disjectum fuit §. XIV. Sin verò eis regeras, objeciſſe Ethnicos Chriſtianis ædium publicarum ſive Templorum defectum, & vel hôc nomine traduxiſſe, velut apud *Minut. Felic.* in Octav. p. 22. m.

Juſti-

Juſtinum alioſq; videre eſt, & *C. Baronius* Annal. Eccleſiaſt. Tom. II. neſcio quamnã *ambiguitatem* in voce *Templi* quærit, & hoc per *deciſionem* magis quàm calumniam interpretari nititur; næ *Cardinalis ille illuſtriſſ. deriſioni* ſe ſuosq́; exponit turpiter, prout cum cumulo rationum validarum id fecit *Rodolphus Hoſpinianus* de Templ. lib. I. cap. 6. f. 28. 29. cui adhuc añecti poſſent *Bal.* in Actis Rom. Pont. pag. 13. m. f. *Bebel.* Antiquit. Eccleſiaſt. artic. II. §. 21. p. 17. *Hildebr.* Enchir. cap. II. p. 14. f. & *Mornæus* l. c. fol. 166.

XXIX.

QVod verò *Johann. Quintinus* in explic. can. V. *Concil. Gangr.* ex verbis *Philonis Jud.* περὶ θεωρητ. βίου apud *Euſeb.* H. E. lib. II. c. 16. fol. 40. b. c. *in unaquaque regione eſt ferè ædes ſacra, quæ vocatur σεμνεῖον, i. e. auguſtum Templũ*, probare conatur,

 ſer-

ſermonem eſſe *de Judais nuper admodum ad fidem Chriſtianam converſis*, multumq́ꝫ deſudat in demonſtrandâ Templorum apud Chriſtianos antiquitate, ut quæ *jam tum ceperint ædificari, cùm ceperit Evangelium prædicari*, næ homo ille *in frigidum furnum panes immittit* (ut cum *Parœmiâ* loquar apud *Eraſm.* Chil. IV. cent. 7. ad 1.) quùm non Chriſtianorum, ſed *Eſſæorum* illa fuerint, quorum aliàs vitam l. c. deſcribit Philo: qui quidem de cætero quinam fuerint, ſatis noti ſunt ex *Fülleri* Miſcell. lib. I. c. 3. p. 29. *Martini* Lex. Philol. fol. 708. &c. *Mejero* de Aſcetis, ſuperiùs citato. Invalidæ autem *Quintini* conjecturæ validis rationibus deſtructæ ſunt à *Scaligero* de emendat. Temp. lib. VI. & *R. Hoſpin.* l. c. fol. 26. 27. qui eo me labore ſuperſedere jubent. *Füllerus* novas equidem turbas ciet, dum Miſcell. lib. II.

D. 9.

D.9.18.c.9.multa de publicis & locis & ſacris verba facit; ſed viderit ipſe, ne cum detrimento veritatis Hiſtoricæ id fecerit, quæ vix patietur adeò extenuare Tyrannidem perſequentium, ac ſi *parum* aut *nihil ferè moleſtiæ* fidelibus exhibuerit, nec per conſequens à publico & libero fidei exercitio pepulerit.

XXX.

NEc vel hilum eos juvabunt *Templa Ælii Adrian.* (ſive *Hadr.* Imperatoris XV. aliàs ſatis *gratioſi Chriſtianis*, juxta *Faſcic. Temp.* Anno CXXIV.) quorum mentionem faciunt *Æl. Lampridius*, & ex eo *Sabellicus* Ennead. VII. 6. T. 1. fol. 440. b. m. *Aventinus* lib. II. fol. 200. b. m. *Bucholc.* Ind. Chronol. pag. 155. f. *Pappus* in Epit. H. E. membro II. 165. 166. Si enim vel maximè *extructa* admitterentur, hoc tamen Pontificiis adhuc pro-

Digitized by Google

bandum incumberet; *tradita Chriſtianis, frequentata, retenta fuiſſe. Cynthius aurem vellat & admoneat* bonos viros ſubſequentium, in laudatis ſcriptoribus verborum: *deterritum* ſcilicet fuiſſe Imperatorem à pio inſtituto *per ſacrificulos, qui in fatis eſſe dixerunt, ſi hoc fieret, deorum religionem cum Romani Imperii Majeſtate interiturum, & omnes Chriſtianos futuros; foreq; ut omnia cætera templa deſerantur.* v. & *R. Hoſpin.* l. c. qui idem ad ſtabiliendam veritatem ex *Epiphan.* Tomo II. lib. 1. 9. hæreſ. narrat, hæc Adriani molimina demum à *Conſtantino Magno* abſoluta &c. fol. 31. b. m. adde *Voſſ.* in Epiſt. Plin. p. 67. Parili pacto poſſemus adducere *Aurelium Commodum*, qui & ipſe *multùm faviſſe Chriſtianis* dicitur, niſi è veſtigio adderetur *prohibitum fuiſſe, ne Chriſtiana templa paſſim extrui ſineret,* apud *Dreſſerum* Millen. V. p. 207. f.

nec

nec non *Alex. Severum*, qui *cùm conſuleretur à Chriſtianis de loco ad pium uſum concedendo*, de quo popinarii eis litem movebant, reſcripſit: *ſatiùs ſibi videri, ut DEUS eo loco coleretur, quàm ut popinarii eum tenerent; ſtatuerat* præterea *CHRISTI Simulacrum in Larario inter Deos domeſticos, habebatq; in animo illi Templum erigere, atq; inter Deos eum recipere*, velut de eo memorant *Sabellic9* & *Papp9* ll. cc. *Bucholc.* p. 171. *Dannhavv.* Chriſteid. art. I. Theatr. I. Phænom. 6. lit. I. K. L. p. 213. 214. & Metamorph. III. p. 773.

XXXI.

C*Onſentaneum* heic *putat Polydorus Virgil. in remotis locis, quò non facilè perveniſſet ille Tyrannorum furor, Fana aliqua interim aut ædificata, aut quæ primùm dæmonum fuerant, CHRISTO dicata ab Apoſtolis*

&c. quod & *credit* ille & *dicit*, nec *abhorrere à fide autumat, aliquam ædem præter templum Hieroſol. fuiſſe dedicatam*: nec *mirum alicui eſſe debere, ſi talia ac hujusmodi benè multa alia literis minùs prodita ſint*, id quod *Scriptorum inopiâ* factum arbitratur &c. de Inv. Rer. lib. V. c. 6. p. 413. Sed, unde & quî hoc ſuum *putare, credere, dicere &c.* probatum dare queat, *ipſe viderit* cum ſociennis: noſtris enim tenus hac perſvadere id non potuit, niſi firmiores rationes adduxerit; conſtat potiùs è regione, nequaquam licuiſſe *Apoſtolis* tale quid aggredi, ob tyrannorum violentiam: *Thomæ* certè *in Indiâ ſuperiore*, ex ipſiſmet Pontificiorum relationibus, nequaquam integrum erat vel novum erigere, vel vetus repurgare Templum; quin potiùs ubi ad ejus preces ardentiſſimas *idolum frangeretur, gladio á Pontifice populi trans-*

verbe-

verberatus traditur in *Legendâ* fol. 8. b. 2. f. iisdemq; ferè verbis à *P. de Natalibus* l. c. lib. I. c. 79. fol. 11. a. 2. pr. Quantum periculi vitæ *S. Johannis* creatum in *Pathmo* fuerit, quomodo *homines ejus inſulæ tanquam agreſtes feræ virum aggreſſi dilaceraverint, & humi proſtratum dentibus diſcerpſerint*, multis deſcribit *Prochorus* in ejus vitâ p. 589. ſeqq. *Bartholomæus* ob confractum idolum *fuſtibus cæſus*, vel *vivus excoriabatur*, vel *cruci affigebatur*, vel *capite deminuebatur*: nondum quippe inter Pontificios ſatis convenit, quo mortis genere eum interiiſſe dicere velint v. *Legend.* fol. 114. b. 2. pr. *P. de Nat.* l. c. lib. VII. c. 103. fol. 153. Conf. *Pappi* Epit. H. E. membr. II. p. 127. 128. unde nec *Chronico Monaſterii Erbersheimenſis*, à planctu *S. Materni* locum *Hellum*, ſive *Hellelum*, vel *Elegiam* dictum, fides adhiberi poterit, prout nec

traduntur in *Legenda* fol. 61. b. 2. m. Viderint, qui cum Anacleto decernunt, ne præſul, ne clerici comam vel barbam nutriant, neve Epiſcopus *à paucioribus quàm 3. Epiſcopis ordinetur: ut clerici publicè, non privatim ad ſacros ordines adſciſcantur: ut ſinguli Epiſcopi quotannis Limina, h. e. Templum D. Petri ad vincula inviſant: ut omnes fideles peractâ conſecratione communicent; qui verò nollent, è ſacris ædibus eliminarentur, Platin.* p. 12. b. m. *Viderint*, quibus *Alexander I. Templum Romæ fabricat in honorem B. Petri & ad vincula* nominat, referente *Dreſſero* Millen. V. p. 178. m. 10. (quod quidem ejus prædeceſſor jamjam quotannis viſitari voluit:) Viderint, quibus *Hyginus* inſtituit, *ne Templa ſine celebratione dedicentur, neve augeantur diminuanturq́; ſine arbitratu Metropolitani* (quod nomen tum temporis adhuc erat incognitum

um) *vel Epiſcopi*, vetans quoq; *Tigna, reliquasve materias ad ædificanda Templa congeſtas, in prophanos uſus converti; poſſe tamen ad ſtructuram alterius templi vel cœnobii, concedente Epiſcopo, transferri*, concedens, apud *Platin.* p. 17. b. pr. Viderint, qui cum *Pio I. Thermas Novati invito Patritio dedicant in honorem Prudentianæ, multaq; huic templo dona offerentes ſæpè eodem in loco Deo ſacrificium præſtant*, ib. p. 18. b. f. *Viderint*, qui curam gerunt *conſecrandi Metropolitani aut Archi-Epiſcopi nomine Patriarchæ appellandi*, cum *Aniceto*, ib. p. 19. b. m. Viderunt, qui cum *Zepherino Epiſcopum vel à Patriarcha, vel à Primate, vel à Metropolitano ſuo in judicium vocatum ſine Autoritate Apoſtolicâ damnari nolunt*, p. 23. *Viderint*, qui cum *Calixto ædificant Baſilicam Tranſtiberinam in honorem B. Virg. eamq; auro & argento pulcerri-*

mè

Digitized by Google

mè exornant. *Viderint*, qui cum *Fabiano in cœmeteriis pro dignitate ædificant*, p. 28. a. ſ. *Viderint*, qui tempore *Cornelii* memorant *grandia templa*, *quæ Petro & Paulo ſtruxerit antiquitas*, cum *Sabellico* l. c. lib. 7. fol. 445. a. *Viderint* deniq; qui cum *Felice* decernunt, *nullibi quàm in ſacro loco*; & *à viris ſacris initiatis Sacrificium*, *quod Miſſam appellant*, *celebrari debere*, *exceptâ tamen neceſſitate* apud *Platin*. p. 33. b. m. inq; *honorem Martyrum Templa ac Miſſas annuas haberi* apud *Bale*. in Actis R. P. qui id *apertam blaſphemiam* vocat pag. 17. m.

XXXIII.

ET quæ ſexcenta ejuſmodi ineptiarum alia de horum tempoꝛum ædibus ſacris hinc inde extructis pariter & excultis à præpoſteris illis *Antiquitatis affectatoribus* in medium, planè, (mihi crede) gratis

tis afferuntur, haud abſimilia *vaticinio Horatii* de Bello Troj. aut *excoriatis prius* quàm mactatis apud Homerum bobus: imò *ſubigentes prius, quàm pinſentes farinam* ſibimetipſis nondum conſtant, dum quod alius aſſerit, alius negat: clara quippe ſint *Polydori Virgilii* verba: *toto illo temporis intervallo* (à Chriſti ſcil. aſcenſu in cœlum, ad Diocletiani & Maximiani perſecutionem) *tantum abeſt, ut aliquod templum à noſtris Chriſtianis publicè exædificaretur, ut etiam omnia eſſent occulta, & ſacella potiùs atq; eadem abdita & plerunq; ſubterranea, quàm apertis in locis ac publicis fierent.* l. c. 413. Et ex aliis immotis fundamentis idem adſtruit *Joh. Baleus* in Actis Rom. Pont. ſingulis ferè pag. qui tandem, poſt vitam Melchiadis infit: *Plauſtra Decretorum & Mendaciorum Carſulanus, Platina, Stella & alii Paparum adulatores his CHRI-*

Digitized by Google

CHRISTI Martyribus; ſed falsò tribuunt, ut ſuarum ceremoniarum, ne dicam blaſphemiarum, inſtitutio diabolica eorum autoritate comprobetur. Non enim ſunt veriti ſpurciſſimi nebulones, Papicolæ, pulcerrimam hanc Eccleſiæ faciem ac capiti ſuo CHRISTO ex aſſiduâ perſecutione ſimilem ad ſui Abadonis ſolium erigendum impiis his ſtercoribus fœdare, martyrumq́ʒ ſanguinem polluere; ſed quis ſapiens putaret, ſimplices verbi Miniſtros & Paſtores, quales tunc erant Romani Pontifices omnes, in latibulis, Cryptis ac ſpecubus habitantes, & nihil præter mortem ſub Tyrannis indies expectantes, de Faſtu Pontificio, ædificiis aut ordinationibus Papiſticis cogitare, quùm nec templa nec certas ædes haberent &c. Non vacat plura transſcribere; legantur cætera p. 22. Quare proprio eos jugulatos gladio vel ad orcum patiar defendere, niſi meliorem nobiscum men-

mentem fovere velint; ſed heu! *Veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cùm in ſole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, cœcata eſt, non illuminata humana præſumtio, & adſpectui ejus lippitudo inhæſit*, non injuriâ exclamarem cum *Cypriano* ſerm. de Cœn. DN. f. 447. Valeant ergò cum ſuis figmentis, queis extra orbitam aliquantum vagantem fecerunt: ad *certos Sacrorum locos* remeo, *eorundem primitias* dextro oculo perluſtraturus.

XXXIV.

ET *primis* ita perſecutionibus nulla ædificia publica peculiaria, cultui divino Sacrisq; Chriſtianorum unicè dicata, ſive nullos certos ſacrorum publicorum locos fuiſſe eisdem ſatis probatum fuit: *ſub mediis* autem *aliquas in cœmeteriis fabricas* easq; *exiles erectas*, poſt decurſum ſcil. à CHRISTI Nativi-

tate

Digitized by Google

tate ſæculum alterum, quas *Eccleſiolas* non incommodè dixeris cum *Znnchio* l. c. fol. 640. a. m. nullus negaverim, modò ſufficiens eſſet autoritas *Damaſi* & *Platinæ* ll. cc. ut & *Onuphrii Panv.* Interpr. voc. obſcur. Eccleſ. p. 66. a. m. Conf. *Hoſpin.* l. c. quos ſi rejeceris, & infirma eorum momenta ponderando non admiſeris, per me facilè obtinebis, *neſciri planè*, ubi primus ejusmodi Locus publicus conſecratus & exædificatus fuerit; ipſeq; licèt inquiras, circa quos annos id obtigerit. Interim conferatur *Beinegger* Idol. Lauret. c. V. p. 34. &c. *Hildebrand.* in Offertorio c. VII. §. 3. p. 55. *Mornæus* de Evchar. Lib. II. c. 1. fol. 167.

XXXV.

SUb *poſterioribus*, circa & ante ultimas non paucos hinc inde excitatos, quis vel dubitaverit, vel

planè

planè negaverit? Intererant quippè annorum non pauci inter eaſdem, ut ita facilis credere queas, unum vel alterum Locum publicum ſacris noſtris Chriſtianorum fuiſſe conceſſum. *Ante ſeptimam* itaq; *Decii Perſecutionem Philippus Arabs* Imperatore. Quem *Chriſtianum* nominat *Euſebius*, quum *precationum in die poſtrema vigiliæ Paſchatis unà cum multitudine in Eccleſiâ particeps fieri vellet, non prius ab Epiſcopo, qui tum Eccleſiæ præerat, permittebatur intrare; quàm confeſſus fuiſſet; & inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adſtricti, locumq́; pœnitentiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſuâ ſponte collocaviſſet; Epiſcopusq́; dixit eum non aliâ conditione, niſi iſtud faceret, propter multa delicta, quæ ab* (melius fortè, *de*) *illo ferebantur, aliquando in Eccleſiam receptum fore.* Hiſt. Eccl. lib. V. c. 27. fol. 171. adde *Sabellicum*

Eun.

adhibuit *B. Rhenanus* dum hoc narrat Rer. German. lib. II. fol. 171. 172. Satis enim conſtat, quid de illo *Materno* habendum ſit ex *B. Bebelii* l. c. ubi ex profeſſo eum pertractat.

XXXII.

Viderint itaq; unde aſſerta ſua probent, qui ex *camerâ Mariæ ab ipſis Apoſtolis* factam ajunt *unam Eccleſiam*, celebratione Evchariſtiæ multisq; miraculis nobilitatam, ab angelis deniq; transportatam ex Palæſtinâ in *Illyricum*, in *Silvam*, pòſt & *viam Lauretanam* depoſitam, prout *Bulla Papalis* teſtatur, & confirmant *Baronius* in Annalibus, *Caniſius*, *Turrianus* & *Turſellinus* in operibus: refutati ſuperiore ſæculo ex parte à *Petro Paulo Vergerio*, ex parte hôc noſtrô ab Ejus Vindice, *Matth. Berneggero* in Idol. Lauret. *Viderint*, qui Apoſtolis

ſtolis *adhuc viventibus templa conſtructa*, v.g. Johanni Epheſinum, Johanni, Petro & Stephano Romanum, imò *in unâ provinciâ LXXV. Eccleſias* enumerant, aut cum *Clemente* I. Eccleſias ædificare jubent *per congrua loca, quæ divinis precibus ſacrari oportet*, juxta *Platinam* p. 11. b. m. & *Eccium* in Euch. p. 152. quem citat *Gerhardus* Conf. Cat. Tom. III. art. X. c. 6. p. 757. a. pr. Conf. *Cent. M.* II. 6. f. 120. *Chemnit.* Ex. C. Tr. p. I. p. 154. *Bulling.* de O. E. c. 21. p. 98. 99. *Rivet.* Critic. S. I. 7. p. 144. pr. *Viderint*, quibus *Andreas miſſaticum officium quotidiè offert* cum compilatoribus *Hiſtoriæ S. Andr.* de quâ *Ed. Albertin.* de Evchar. lib. II. c. 1. fol. 258. *Viderint*, quibus *Jacobus Juſtus* Hieroſolymis *miſſam in Pontificalibus celebrat, etiam antequam eſſet Epiſcopus ordinatus*, id quod *Petrus in Antiochiâ, Marcus in Alexandriâ quoq;* feciſſe tra-

traduntur in *Legenda* fol. 61. b. 2. m. Viderint, qui cum Anacleto decernunt, ne præſul, ne clerici comam vel barbam nutriant, neve Epiſcopus *à paucioribus quàm 3. Epiſcopis ordinetur: ut clerici publicè, non privatim ad ſacros ordines adſciſcantur: ut ſinguli Epiſcopi quotannis Limina, h. e. Templum D. Petri ad vincula inviſant: ut omnes fideles peractâ conſecratione communicent; qui verò nollent, è ſacris ædibus eliminarentur, Platin.* p. 12. b. m. *Viderint*, quibus *Alexander I. Templum Romæ fabricat in honorem B. Petri & ad vincula* nominat, referente *Dreſſero* Millen. V. p. 178. m. 10. (quod quidem ejus prædeceſſor jamjam quotannis viſitari voluit:) Viderint, quibus *Hyginus* inſtituit, *ne Templa ſine celebratione dedicentur, neve augeantur diminuanturq́; ſine arbitratu Metropolitani* (quod nomen tum temporis adhuc erat incognitum

tum) *vel Epiſcopi*, vetans quoq; *Tigna, reliquasve materias ad ædificanda Templa congeſtas, in prophanos uſus converti; poſſe tamen ad ſtructuram alterius templi vel cœnobii, concedente Epiſcopo, transferri*, concedens, apud *Platin.* p. 17. b. pr. Viderint, qui cum *Pio I. Thermas Novati invito Patritio dedicant in honorem Prudentianæ, multaq; huic templo dona offerentes ſæpè eodem in loco Deo ſacrificium præſtant*, ib. p. 18. b. f. *Viderint*, qui curam gerunt *conſecrandi Metropolitani aut Archi-Epiſcopi nomine Patriarchæ appellandi*, cum *Aniceto*, ib. p. 19. b. m. Viderunt, qui cum *Zepherino Epiſcopum vel à Patriarcha, vel à Primate, vel à Metropolitano ſuo in judicium vocatum ſine Autoritate Apoſtolicâ damnari nolunt*, p. 23. *Viderint*, qui cum *Calixto ædificant Baſilicam Tranſtiberinam in honorem B. Virg. eamq; auro & argento pulcerrimè*

Digitized by Google

mè exornant. Viderint, qui cum *Fabiano in cœmeteriis pro dignitate ædificant*, p. 28. a. f. *Viderint*, qui tempore *Cornelii* memorant *grandia templa, quæ Petro & Paulo ſtruxerit antiquitas*, cum *Sabellico* l. c. lib. 7. fol. 445. a. *Viderint* deniq; qui cum *Felice* decernunt, *nullibi quàm in ſacro loco; & à viris ſacris initiatis Sacrificium, quod Miſſam appellant, celebrari debere, exceptâ tamen neceſſitate* apud *Platin.* p. 33. b. m. inq; *honorem Martyrum Templa ac Miſſas annuas haberi* apud *Bale.* in Actis R. P. qui id *apertam blaſphemiam* vocat pag. 17. m.

XXXIII.

ET quæ ſexcenta ejusmodi ineptiarum alia de horum temporum ædibus ſacris hinc inde extructis pariter & excultis à præpoſteris illis *Antiquitatis affectatoribus* in medium, planè, (mihi crede) gratis

tis afferuntur, haud abſimilia *vaticinio Horatii* de Bello Troj. aut *excoriatis prius* quàm mactatis apud Homerum bobus: imò *ſubigentes priùs, quàm pinſentes farinam* ſibimetipſis nondum conſtant, dum quod alius aſſerit, alius negat: clara quippe ſint *Polydori Virgilii* verba: *toto illo temporis intervallo* (à Chriſti.ſcil. aſcenſu in cœlum, ad Diocletiani & Maximiani perſecutionem) *tantum abeſt, ut aliquod templum à noſtris Chriſtianis publicè exædificaretur, ut etiam omnia eſſent occulta, & ſacella potiùs atq; eadem abdita & plerunq; ſubterranea, quàm apertis in locis ac publicis fierent.* l. c. 413. Et ex aliis immotis fundamentis idem adſtruit *Joh. Baleus* in Actis Rom. Pont. ſingulis ferè pag. qui tandem, poſt vitam Melchiadis infit: *Plauſtra Decretorum & Mendaciorum Carſulanus, Platina, Stella & alii Paparum adulatores his*

CHRI-

CHRISTI Martyribus; *ſed falsò tribuunt*, *ut ſuarum ceremoniarum*, *ne dicam blaſphemiarum*, *inſtitutio diabolica eorum autoritate comprobetur. Non enim ſunt veriti ſpurciſſimi nebulones*, *Papicolæ*, *pulcerrimam hanc Eccleſiæ faciem ac capiti ſuo CHRISTO ex aſſiduâ perſecutione ſimilem ad ſui Abadonis ſolium erigendum impiis his ſtercoribus fœdare*, *martyrumq́ʒ ſanguinem polluere*; *ſed quis ſapiens putaret*, *ſimplices verbi Miniſtros & Paſtores*, *quales tunc erant Romani Pontifices omnes*, *in latibulis*, *Cryptis ac ſpecubus habitantes*, *& nihil præter mortem ſub Tyrannis indies expectantes*, *de Faſtu Pontificio*, *ædificiis aut ordinationibus Papiſticis cogitare*, *quùm nec templa nec certas ædes haberent &c.* Non vacat plura transſcribere; legantur cætera p. 22. Quare proprio eos jugulatos gladio vel ad orcum patiar defendere, niſi meliorem nobiscum men-

mentem fovere velint; ſed heu! *Veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cùm in ſole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, cœcata eſt, non illuminata humana præſumtio, & adſpectui ejus lippitudo inhæſit*, non injuriâ exclamarem cum *Cypriano* ſerm. de Cœn. DN. f. 447. Valeant ergò cum ſuis figmentis, queis extra orbitam aliquantum vagantem fecerunt: ad *certos Sacrorum locos* remeo, *eorundem primitias* dextro oculo perluſtraturus.

XXXIV.

ET *primis* ita perſecutionibus nulla ædificia publica peculiaria, cultui divino Sacrisq; Chriſtianorum unicè dicata, ſive nullos certos ſacrorum publicorum locos fuiſſe eisdem ſatis probatum fuit: *ſub mediis* autem *aliquas in cœmeteriis fabricas* easq; *exiles erectas*, poſt decurſum ſcil. à CHRISTI Nativitate

Digitized by Google

tate ſæculum alterum, quas *Eccleſiolas* non incommodè dixeris cum *Zanchio* l. c. fol. 640. a. m. nullus negaverim, modò ſufficiens eſſet autoritas *Damaſi* & *Platinæ* ll. cc. ut & *Onuphrii Panv.* Interpr. voc. obſcur. Eccleſ. p. 66. a. m. Conf. *Hoſpin.* l. c. quos ſi rejeceris, & infirma eorum momenta ponderando non admiſeris, per me facilè obtinebis, *neſciri planè*, ubi primus ejusmodi Locus publicus conſecratus & exædificatus fuerit; ipſeq́ licèt inquiras, circa quos annos id obtigerit. Interim conferatur *Bernegger* Idol. Lauret. c. V. p. 34. &c. *Hildebrand.* in Offertorio c. VII. §. 3. p. 55. *Mornæus* de Evchar. Lib. II. c. 1. fol. 167.

XXXV.

S*Ub poſterioribus*, circa & ante ultimas non paucos hinc inde excitatos, quis vel dubitaverit, vel planè

planè negaverit? Intererant quippè annorum non pauci inter eaſdem, ut ita facilis credere queas, unum vel alterum Locum publicum ſacris noſtris Chriſtianorum fuiſſe conceſſum. *Ante ſeptimam* itaq; *Decii Perſecutionem Philippus Arabs* Imperatore. Quem *Chriſtianum* nominat *Euſebius*, quum *precationum in die poſtrema vigiliæ Paſchatis unà cum multitudine in Eccleſiâ particeps fieri vellet, non prius ab Epiſcopo, qui tum Eccleſiæ præerat, permittebatur intrare, quàm confeſſus fuiſſet, & inter eos, qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adſtricti, locumq; pœnitentiam agentibus præſtitutum occupabant, ſe ſuâ ſponte collocaviſſet; Epiſcopusq; dixit eum non aliâ conditione, niſi iſtud faceret, propter multa delicta, quæ ab* (melius fortè, *de*) *illo ferebantur, aliquando in Eccleſiam receptum fore.* Hiſt. Eccl. lib. V. c. 27. fol. 171. adde *Sabellicum*

Eun.

Enn. VII. lib. 7. Tom. I. fol. 444. b. *Bunon.* Ide. Hiſt. Univerſal. p. 96. ubi plures in hanc rem Scriptores citat. Papp. Epit. Hiſt. Eccl. membr. II. p. 167. m. f. ita *Tertullianus* virgines adhortatur ad reverentiam *in Eccleſiis & extra eas*, lib. de Vel. Virgin. c. XIII. fol. 496. 497. meminit earum & l. c. c. III. ſic alibi ingemiſcit *Chriſtianum ab Idolis in Eccleſiam, de adverſariâ officinâ in Domum Dei venire*, de Idolol. cap. VII. (citante *Petrejo* in Confeſſ. Tertull. & Cypr. Lib. IV. c. 10. p. 123. a. f. niſi potiùs eſt de Spectaculis fol. 700.) ita *Cyprianus* quoque *mulieres* alloquitur, qui *in Dominicum* ſine ſacrificio veniebant, de Eleemos. fol. 184. apud *Petrej.* l. c. quem & ipſum locum de *æde ſacrâ* interpretatur *Hildebr.* in Offertor. c. IV. §. 9. p. 31. f. Circa idem tempus, apud *Biturigas* domum Leocadii *in Eccleſiam ædificatam* refert

fert *Gregorius Turon.* Hiſt. Franc. lib. I. cap. 31. p. 24. 26. modò non ſuſpecta ſit ejus autoritas. *Octavùm* perſequente Valentiniano Theotecnus Epiſc. Cæſarienſis Macrinum, antequam ad martyrium duceretur, prehenſâ manu *rectà ducebat in Eccleſiam: quem cùm interiùs ad ipſum ſacrarium collocâſſet &c.* v. *Euſeb.* Hiſt. Eccl. VII. 14. fol. 194. c. d. & *Niceph.* H. E. VI. 13. fol. 270. f. quo tempore *multas Aegypti & Thebaidos Eccleſias* disjectas ex *Hieron.* in vitâ Pauli Erem. memorat *Bucholcerus* Indic. Chronol. pag. 177. m. f.

XXXVI.

POſt *nonam* Perſecutionem *Aurelius Probus* Imper. *plures Baſilicas & templa ædificaſſe* memoratur *Sabellico* l. c. fol. 449. b. m. & *Eccleſia magna tùm cepiſſe incrementa, dùm præfecturas & honores militares*

conſequerentur Chriſtiani, laxiora etiam ædificia conventibus agendis conſtruerentur, prodente, & ad plures provocante *Bunone* l. c. p. 103. f. Ante *decimam, decennem*, & ferè *decumanam* Diocletiani Perſecutionem *quantum ſplendoris doctrina veræ pietatis apud omnes homines, Græcos ſimul & Barbaros obtinuerit, & quàm liberè inter eos prædicata fuerit, dum ex Imperatorum ſingulari humanitate, benevolentiâ, devotione* confirmatum dare laborat *Euſebius*, inter alia, *quid commemorem*, inquit, *quâ humanitate, cultu & benevolentiâ, non illâ quidem vulgari & contemnendâ provinciarum præfecti & rectores Eccleſiarum præſides & Epiſcopos, ut manifeſtò cernere liceret, amplexi fuerint? aut quomodo quisquam conventus illos infinitâ hominum turbâ frequentatos, multitudines in ſingulis civitatibus coactas, illuſtres hominum in templis concurſus poterit* oratione

oratione explicare? unde, cùm in antiquis illis ædificiis non ſatis loci haberent, ampliores Eccleſias in univerſis urbibus, fundamentis ad majorem laxitatem dilatatis, erexerunt? qui locus ſat illuſtris extat Hiſt. Eccl. Lib. IIX. c. 1. fol. 215. 216. per omnia ὁμόψηφον nactus *Nicephor.* lib. VII. cap. 2. fol. 293. adde *Cent. Magdeb.* II. cap. 2. fol. 6-9. *Dannhaueri* Chriſteid. act. I. phænom. 4. p. 189.

XXXVII.

DErepente autem *ſub Diocletiano* perſecutionis turbine redingruente tantâq; calamitate renovatâ, quantam vix explicari poſſe Sacri unaminiter confirmant Hiſtorici, tum ſanè *ſacras ædes precibus dicatas è ſublimi in ſolum, fundamentis ipſis conquaſſatis, dejiciebant,* apud *Euſeb.* l. I. cap. 2. fol. 217. b. *Bulling.* de Orig. Err. p. 109. *Anno*

turbarum iſtarum *VII.* ubi, qui in Palæſtinæ locis *ad metalla damnati* erant, *magnâ uterentur libertate, adeò ut etiam domus in Eccleſiam ædificarentur*, horribiliter exacerbabatur eorundem Præfectus, ita ut alios igni traderet, alios in ſolas terras deportaret, v. l. c. cap. 21. fol. 243. 244. De privatis aliàs ædibus circa id tempus *in communem ſacrorum uſum dedicatis* aliqua quidem conſignavit *Platina* in vitâ Marcelli p. 37. b. m. ſed *vereor, ne Platina ſit Platina*; ipſi potiùs inhæream *Euſebio*, qui ulteriùs *concionem* deſcribit, *prout in conventibus populi in Eccleſia mos eſt*, fol. 244. d. *Maximinum* poſtideà in Palinodiâ pro Chriſtianis narrat inter alia conſtituentem; *quin etiam, ut Dominicas & ædes ſacras reficiant, à nobis conceſſum eſt: &, quò noſtra donatio liberalior & munificentior fiat, hoc etiam promulgandum cenſuimus, ut,*

ſi

ſi quæ ædes Chriſtianorum extiterint, --- ad antiquum jus Chriſtianorum reſtituantur --- Iſtæ ſunt ipſius tyranni voces, quas non anno integro, poſt edicta contra Chriſtianos columnis ab ipſo propoſita, literis mandandas curavit, apud *Euſeb.* Hiſt. Eccl. Lib. IX. c. 8. fol. 269. g. 270. a. b.

XXXIX.

L*icinius* tandem, *ſceleratorum Tyrannorum ultimus* (*Euſeb.* H. E. X. 9. fol. 295. e.) ultimam in Chriſtianos iram evomiturus *apud Amaſiam & reliquas Ponti civitates ea patrabat, quæ omnem crudelitatis modum ſuperant, antea nullâ unquam ſæculorum memoriâ audita: in quo loco quidem Eccleſiarum Dei aliæ è ſublimi dejectæ ſunt, ſoloq; adæquatæ; aliæ autem occluſæ, ne quisquam eorum, qui eas frequentare conſueverant, eò commearet, neve Deo ibi cultum impertiret, non enim putavit pro ſe illic*

preces Deo offerri, utpote quem mala conſcientia in eam opinionem induxiſſet, ſed eos pro pii Imperatoris Conſtantini incolumitate omnia exequi, & Deum orationibus pro eo placare perſvaſum habuit; unde omnem furoris ſui impetum in eos intorquere ſtatuit. Præfecti igitur, qui aſſentationibus dediti erant, ſe gratum tyranno impuro facturos rati, quosdam Epiſcopos more hominum maleficorum (qui enim nihil mali commiſerant, absq; causâ erant, tanquam ſicarii ad pœnam abducti & graviter multati) acerbis ſuppliciis affecerunt: alii jam corpore in multas particulas diſſecto novum mortis genus & vitæ exitum ſuſtinuerunt, & poſt crudele illud horrendumq; ſpectaculum, quò à piſcibus devorarentur, in altos maris gurgites erant præcipitati: his acceſſerunt piorum virorum fugæ &c. ib. c. 8. fol. 293-295. Parili pacto poſt deſitam perſecutionem *Baſilicas apud Cirtam,*

tam, *civitatem*, *necdum reſtitutam* memorat *Optatus Milevit.* adv. Donatiſt. Lib. I. pag. 17. pr. ad quæ itidem, cui lubet, conferantur *Aventini* Annal. Bojor. fol. 247. a. m. *Bucholc.* Ind. Chronol. p. 182. pr. *Euſeb.* de vitâ Conſt. lib. III. cap. 1. fol. 358. 359. *Hoſpin.* de Templ. lib. I. c. 6. fol. 29. 30. *Nicephor.* Hiſt. Eccl. lib. VII. cap. 3. &c. fol. 295. ſeqq. *Rivandri* Feſt. Chron. part. I. fol. 5. a. p. ex *Tertull.* contra Valent. fol. 388. pr. *VValafridus Strabo* de Rebus Eccleſ. cap. II. fol. 953. b. Tom. I. Biblioth. Patr. *Zepperus* Polit. Eccleſ. lib. II. cap. 27. pag. 284. 285.

XXXIX.

ET hæc eò patrabantur usq;, donec per ſingularem Dei Clementiam Imperii Gubernacula capeſſeret *Princeps in omnibus modeſtiſſimus ac ſanctiſſimus* CONSTANTI-

NUS MAGNUS, *qui Imperator Summus & Auguſtus cùm ab exercitu, tùm multò antè à Deo ipſo ſummo omnium Imperatore, declaratus paternæ ſe Pietatis erga noſtræ Religionis diſciplinam æmulum & imitatorem præſtabat*, juxta *Euſeb.* H.E. IIX. 26. fol. 249. 28. fol. 254. f. g. IX. 9. fol. 270. g. 271. a. Hic quippe glorioſiſſimus Imperator, præter reliqua egregia excellentis Pietatis Monumenta pluria *neq; Eccleſiarum ædificia demoliebatur, neq; aliud in noſtros ſcelus moliebatur* l. c. fol. 249. b. ſed potiùs è converſo, ut illi *ſacras ædes, precibus deſtinatas funditus evertere atq; è ſublimi dejectas ſolo æquare*: ita hic *tùm eas, quæ ſupererant, altiùs erigere, tùm novas ſumtu ex ipſis regiis theſauris ſuppeditato magnificè extruendas ſancire*: illi *jubere, ne epiſcopi uſquam conventus agere aggrederentur*; hic *eos ex omnibus gentibus ad ſe convocare, intromittere in*

pala-

palatium, ſinere in intimas ejus partes penetrare, & laris ſui menſaq́ꝫ regalis compotes facere -- In quas quidem res oculis conjectis dixerit aliquis meritò, novum quendam & innſitatum mundi ſtatum modò apparuiſſe, inſolito quodam lucis ſplendore, veluti poſt craſſam caliginem, mortali hominum generi elucente, fatendumq́ꝫ univerſum hoc opus ipſius Dei eſſe, qui Imperatorem tam pium impiorum multitudini adverſarium oppoſuerit Id. de vita Conſt. lib. III. c. 1. fol. 358. 359. Conf. *Baleum* in H. R. P. ex *Mantuano* pag. 24. 25.

XL.

IMò ampliùs, non *fraudulenter*, ut *Maxentius*, apud *Euſeb.* IIX. 26. fol. 249. e. f. neq; *ſimulatè*, ut *Maximinus*, *ex reliquis omnibus pietatis hoſtibus planè peſſimus* IX. 19. 270. g. adde ibid. capp. priora & *Pappi* Epit. H. E. pag. 423. 424. neq;

 mali-

Digitized by Google

malignanter ad vomitum revertendo, ut *Licinius*, X. 8. fol. 292. *Papp.* p. 425. p. ſed *verè*, & *ex animo*, tranquillitatem Eccleſiæ optabat, promittebat, quærebat, reſtituebat, ſanciebat, tuebatur: v. *Papp.* p. 163. f. imò Divino juſſu ὡς ἀπὸ μηχανῆς miſero cœtui affulgebat, laborantibus ſubveniebat, tyrannis verò jamjam nominatis maſculè obviam procedendo *iſtum* quidem *divinâ* adjutus ope, *in ipſâ fugâ in altum Tiberis gurgitem, tanquam lapidem, præcipitem actum*, cum exultatione cordis videbat, apud *Euſeb.* IX. 8. fol. 265. & de Vit. Conſt. I. 32. fol. 319. *Bucholc.* Ind. Chr. p. 189. m. *Papp.* p. 175. &c. *illum* verò *ad Palinodiam adactum*, *faſſumq́ſ ſe dolores illos* (queis miſerè excruciabatur) *divinitùs inflictos propter dementiam & temeritatem contra CHRISTUM admiſſam perpeti, animam exhalâſſe lætabatur*, ib. fol. 270.

Aven-

Aventin. fol. 248. a. *Bucholc.* 190. *Papp.* 428. *Plat.* p. 40. a. m. *hunc* poſtremò, poſtquàm *in acie deleverat Euſeb.* X. 8. & 9. fol. 294. &c. *Bucholc.* p. 192. Papp. 128. *Sigon.* ad Sulpit. Sever. H. E. lib. II. pap. 543. *Victor omni pietatis genere ornatus totum orientem in ſuam poteſtatem, Romanorum* quoq; imperium, ſicut jam olim fuerat, in unum redigebat: Regnum univerſum à Sole oriente undiq; ad extremas Occidentis oras, & ad alteras utriusq; mundi plagas, Borean pariter & meridiem cum tranquillâ pace poſſidebat, atq; ita de facili, quæ *Parens* Ejusdem *Numinis & pietatis* orſus erat ſidere felici, feliciore ad umbilicum perducebat. v. *Bucholc.* Ind. Chronol. p. 192. 193. *Cent. Magd.* IV. c. 2. fol. 46. & c. 61. &c. *Euſeb.* IIX. 26. f. 249. a X. 8. 9. fol. 292-296. de vita Conſt. lib. I. c. 3. 4. fol. 306. *Sozom.* I. 6. fol. 501. & cap. 12. fol. 525.

XLI.

TUnc *reſtituebantur* penitus, qui per edicta priorum Imperatorum ablati fuerant *Sacrorum loci*, cum *poſſeſſionibus*, *ſacellis & cœmeteriis*, *hortis*, *domibus*, *agris & ærariis &c.* v. *Euſeb.* H. E. lib. IX. c. 5. fol. 287-289. de vita Conſt. lib. II. c. 20. 21. fol. 337. &c. cap. 39. 40. fol. 340-344. *Sulpit. Sever.* Hiſt. lib. II. ibiq; *Sigon.* pag. 451. *Cent. Magd.* IV. c. 6. fol. 427. pr. *Bucholc.* Ind. Chronol. pag. 189. &c. *Carion.* Chron. parte II. lib. 3. pag. 308. pr. *Spangenberg.* Chron. Corinthi. cap. LIIX. fol. 66. a. *Solo* autem *æquati ab ipſis fundamentis denuò ad immenſam altitudinem erigebantur*, *& multò majore ſplendore atq; amplitudine quàm illi, qui dudum diruti erant, illuſtrabantur*, *juſſu* Pientiſſimi Imperatoris: de queis *Euſeb.* IX. 9. fol. 271. a. lib. X. & de vita Conſt.

lib.

lib. II. c. 35. 36. 37. IV. 28. 44. &c. *Sozom.* l. 8. 9. fol. 204. 207. *Theodorit.* IV. 4. fol. 111. Sachſens Kaiſer Chron. parte I. fol. 210. *ſumtibus* itidem ex Imperatorio ſuppeditatis ærario, apud *Euſeb.* H. E. X. 6. fol. 295. d. e. de vita Conſt. II. 45. fol. 346. d. e. *Sozomenus* totum negotium ita effert, *quod ad ſacra templa attinet, quæ ſatis laxitatis habebant, reficiebantur: alia altiùs erigebantur, latioraq; non ſine ſplendoris acceſſione fiebant; nova etiam, ubi nulla antè fuiſſent, ab ipſis fundamentis extruebantur; pecuniam autem ad hanc rem ex ærario regio ſuppeditabat Imperator, ſcribebatq; tum ad Epiſcopos, tum ad præſides Provinciæ cujusq; ad illos quidem, ut quæ vellent, impetrarent, ad hos autem, ut morem gererent Epiſcopis eorumq; imperata ſtudioſè facerent: itaq; unà cum proſpero Imperii ſtatu magnoperè crevit religio* Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 8. fol. 204.

Digitized by Google

204. 205. adde VII. 5. fol. 415. b. f. Conf. §. LI. *Cent. Magd.* IV. 2. fol. 32-35. *Zanch.* l. c. fol. 641. b. m.

XLII.

EMinet inter omnes *Ædificium Hieroſolymitanum, ad Sepulcrum Domini*, cujus magnificentiam curioſè admodum perluſtratam piis oculis ſiſtit & tantùm non vivis coloribus depictam dedit *Euſeb.* de vitâ Conſt. Lib. III. à cap. 28. usq; 39. fol. 370-373. v. *Aventin.* l. c. fol. 200. &c. *Bulling.* de Or. Err. cap. XXI. p. 101. a. f. b. Sachſe l. c. fol. 216. Ejus quoq; dedicationis ſolennitatem vix ſatis exprimere valet idem Hiſtoricus cap. 43-47. fol. 404. 406. *Bucholc.* p. 190. 191. *Cent. M.* IV. 6. fol. 408. 409. *Dreſſer.* Iſag. Millen. V. p. 164-166. Stetit usq; ad Ann. Chriſti *M.* ubi *Saraceni* urbe occupatâ more ſolito id diruerunt, apud *Bucholc.* p. 301. m.

Ex-

Excipiebant hoc alia ſtatim alibi, imò ubiq; fere locorum excitata; v. g. ad *Lucum Mamre*, *Euſeb.* l. c. cap. 50. 51. fol. 377. a. *Sozom.* H. E. II. 3. fol. 50. 51. *Romæ* in Laterano, *Nicomediæ*, *Antiochiæ*, *Drepani Conſtantinop. &c.* apud *Nicephor.* Hiſt. Eccleſ. lib. VII. cap. 49. fol. 348. 349.

XLIII.

QVod pium inſtitutum alios quoq; in ſui imitationem pertraxit: cùm enim *Eccleſiæ tanquam clariſſima quædam lumina ſuum ſplendorem per totum orbem terrarum diffudiſſent, & fides in Servatorem ac DN. N. J. C. in univerſo hominum genere magnoperè vigeret* (deſcribente *Euſebio* H. E. IV. 7. fol. 87. b.) varii cùm *Imperatorum Romanorum* tùm *Pompificum* (*Pontificum* volebam dicere: probè enim novi, quàm malè eos hoc vocabulum habe-

habeat apud *Coſterum* in Enchiridii controverſ. præf. de Morib. Hæret. Antith. II. pag. 8. pr.) in tantum exceſſerunt ædificandorum ejusmodi Locorum Studio , ut his ſingulis bina templa tribuantur, ſi vera refert *Platina* in eor. vitis. Ex illis verò *Sacratiſſimus* aliàs Imperator *Juſtinianus præpoſtero extruendi templa Zelo flagrâſſe* prodatur à *Zonarâ*, adeò quidem, *ut ſtipendia Liberaliũ Artium Magiſtris jam olim conſtituta in omnibus urbibus ſuſtulerit, quò haberet, quos pro libidine ſuâ in non-neceſſarias Templorum ædificationes ſumtus & pecunias profunderet, quâ quoq; immodicâ & perverſâ religione ac liberalitate illud effeciſſe dicitur, ut literarum ſcholis vacantibus barbariei ſimul & ruſticitati pluribus in locis occaſionem dederit*, juxta *Hoſpinian.* de Templ. lib. I. cap. 6. fol. 32-39. *Bulling.* de Or. Err. pag. 102. b. *Centur. Magdeb.* VI. 6. fol. 315.

315. ubi plura ejusmodi de hoc Imper. habentur. Conf. *Machiavell.* Hiſtor. Florent. Lib. I. pag. 20. pr. *Mornæ.* de Evchar. Lib. II. cap. 1. fol. 157. Quanto apparatu *Eccleſiam S. Sophiæ, nobiliſſimam & incomparabilem in Cſtpoli. conſtruxerit, quod tale quidem fuit, quale non aliquando viſum fuiſſet, quodq; ornatu & ſplendore adeo excelluerit, ut nullâ dicendi vi facilè explicari queat*, vide *Evagr.* Hiſt. Eccl. Lib. IV. cap. 30. fol. 591. 592. adde *Procopii* Libros de ædific. Juſtinian. *Voët.* diſp. part. II. 36. 37. pag. 552.

XLIV.

NEc mæniis contenti, extrà ſe quoq; contulerunt, & ante urbium portas, Locos Sacris certos dicaverunt, in populoſioribus ſcilicet: unde *S. Ambroſius* contradiſtinguit *intramuranæ majori extramuranam*, cui *Portianæ* nomen.

Lib.

Digitized by Google

Lib. V. ep. 23. in prim. Tom. III. opp. fol. 39. B. quò & *Evagrio* Hiſt. Eccl. Lib. I. cap. 14. fol. 191. e. f. memoratum *Templum Simeonis Stylitæ* diſtans ab Antiochiâ 300. ſtadiis, refert *Hoſpinian.* l. c. fol. 33. a. f. Conf. *Cent. Magd.* IV. 6. fol. 407. 408. V. fol. 642. 643. *Procop.* l. c. pag. 673. m. 674. pr. 675. f. Quid? quod & *ipſe ſanctiſſ. Imper. Conſt. M.* partim *in ſuburbiis*, partim *in ipſâ urbe* (*Cſtlitana ædes præclariſſimas & illuſtriſſimas* erigebat apud *Euſeb.* de ejus vitâ Lib. III. c. 47. fol. 376. a. imò ampliùs, ne alicubi ſine certo Sacrorum loco degeret, *in Caſtris* quoq; ultimæ in Perſidem expeditionis *Tabernaculum ad Eccleſiæ ſimilitudinem, cum multâ magnificentiâ* faciendum curabat, in quo *Deo victoriarum datori ipſe cum Epiſcopis ſupplicaret*, apud *Euſeb.* de vitâ Conſt. Lib. IV. cap. 56. fol. 409. c. Deſinebat mox

in

in aliis hoc ædificandi ſtudium, unde graviter invehitur *S. Joh. Chryſoſtomus* alicubi, *Fora*, inquiens, *ac Balnea faciunt multi, Eccleſias autem non item, & omnia magis, quàm has. Ideò oro ac ſupplico & gratiam peto; imò legem pono, ut nullus, qui habet villam, appareat carere Eccleſiâ. Ne mihi dixeris, propè eſt, in viciniâ eſt, magnus eſt ſumtus, non magnum commodum &c. Si quid habes inſumendum, in pauperes inſume; melius illic* quàm ibi, educa Magiſtrum, *educa diaconum & ſacerdotalem ordinem.* Homil. XIIX. in Acta. Atq; ſic paſſim Loci ad ſacra Chriſtianorum certi *de novo* erigebantur.

XLV.

Qui verò ſacris ethnicorum antea patuerant, dæmonum cultu deturpati, nec indigni viderentur, quorum retinerentur ædificia, *repur-*

Digitized by Google

repurgabantur, veræq́ Religioni dedicabantur. V. *Euſeb.* de vitâ Conſt. Lib. III. c. 1. fol. 359. a. & IV. 39. fol. 402. d. *Gregor. Nazianz.* Tom. III. opp. fol. 1019. b. *Socrat.* Hiſt. Eccl. lib. I. c. 12. fol. 516. Conf. *Lezneri* Hiſt. Bonif. p. 17. 24. &c. 27. 29. 32. 44. &c. 54. 62. 68. *Bellarmin.* Controv. Tom. II. fol. 438. *Hoſpin.* de Templ. fol. 31. b. *VVeber* de Converſ. Germ. c. IV. p. 41. & XII. p. 178. *Zimmermann* in Tract. *Fiunt.* &c. pag. 448. Nec pudebat eos origo & extructio gentilis, ut eos proptereà diruerint, qualiter v. g. hodienum Romæ ſupereſſe dicunt Templum *Mariæ Rotundæ* & *Omnium Sanctorum, omnium in totâ urbe* (quorum LVI. numerant) *pulcerrimum & magnificentiſſimum*, olim in honorem Jovis Ultoris conſecratum: quibꝰ aliisque modis miris effertur à *Fabritio* in Româ cap. IX. edit. vet. pag. 73-

95.

95. recentis pag. 41. - 47. Conf. *Hoſpinian.* l. c. nec magnæ adeò religionis putabatur, celebrata ibi anteà Sacra Gentilium, ut cum modernis *Calvinianis* aut *Reformatis* (*quod nomen illis eſt acceptiùs; à nobis verò* καθ' ἀντίφρασιν, *velut olim Euchitis & Gnoſticis, tribuitur*, uti loquitur *D. Auerbach* in inaugur. *ſ. 3.*) omnia gentilium templa ſolo æquaverint, eorumq́; loco nova extruxerint, ac ſi ſcil. *idololatriam ſuâ formâ oſtendentia, ad deambulandum & boatus potiùs quàm ad commodè recipiendos auditores, & ad audiendam concionem parùm benè comparata forent;* optantibus inde ore *Theodori Bezæ, quàm plurimis locis à Chriſtianis Magiſtratibus ingentia illa Templa, jam inde ab initio fuiſſe ſubverſa, & alia, concionibus & Sacramentorum adminiſtrationi commodiora extructa* in Reſp. ad Acta Colloqv. Mompelgart. part. II.

Digitized by Google

II. de Templ. Pap. theſ. 6. pag. 29. pr.

XLVI.

VErùm enim verò, dudum Ei reſponſum fuit non à *collocutore* modò, *D. Jac. Andreæ* in Actis C. m. p. 389-usq; 415. ſed & aliis, præprimis *D. Balth. Meiſnero*, nos Eccleſiis illis non, ut Pontificii quondam abuti, verùm ad habendas conciones, Deum colendum, & opera caritatis erga pauperes publicè præſtanda piè & rectè uti, & quia non extruxiſſemus, ideoq; ea nec devaſtare, ſed more potiùs & amore libertatis Chriſtianæ retinere, *& illis rectè uti.* Colleg. Adiaphor. diſp. X. ſ. 43. &c. pag. 204. Conf. diſp. VII. §. 15-20. pag. 102. *Brochm.* Syſt. art. XIIX. c. 10. q. 13. T. 2. f. 490. *Geſner.* diſp. pro Lib. Conc. XV. cap. 4. theſ. 10. pag. 553. *VVülffer.* Hiſt. Eliæ con.

LXIIX.

LXIIX. p. 515-517. *Lobech.* in A. C. artic. XV. diſput. 17. re 5. p. 397. Ipſe à *Bezâ* in hoc negotio recedit *Zanchius* l. c. fol. 645. ſeqq. *Joh.* von Münſter Erklähr. der Lehre vom Heil. Abendm. pag. 71. 72. 73. *Bullinger.* l. c. p. 104. a. pr. §. *Neq; verò.* Poſſem in partes heic, noſtras advocare *Optatum Milevitanum*, quando Donatiſtis Altarium everſionem exprobrat, &, ne fortè immunditiem eorum prætenderent, pluribus edocet, vel *tegumenta* vel *homines immundos ipſos* auferri debuiſſe, poſt pluria *exemplum Filiorum Aaronis* adducens, *quos ipſe Deus abſumſerat cœlitus thuribula verò in laminas confracta arcæ Teſtamenti angulis imponi mandaverat*, *Levit.* X. & rurſus: *dicite, quid vobis fecerat locus? quid ipſi parietes, ut iſta paterentur? indicate quid illic lavare potuiſtis? ſi Catholicorum veſtigia? & in vico & in plateâ calcavimus:*

Digitized by Google

mus: quare non omnia emendatis ſ omnia lavate; & aquam, ſi poteſtis: aut, ſi veſtigia videntur polluta, ſufficeret terra, quid & parietes lavare voluiſtis, in quibus humana non poſſunt poni veſtigia? Parietes non calcare; ſed tantùm videre poſſumus: ſi &, quod tangit aſpectus, lavandum eſſe cenſetis, cur cætera dimiſiſtis inlota? videmus tectum, videmus & cœlum: hæc à vobis lavari non poſſunt &c. quibus iisq; pluribus verbis eos ludit, Libro II. pag. 163. ſeqq. 177. &c.

XLVII.

INterim ne Chriſtianis primævis ex Gentiliſmo præter ædificia quæpiam aliud maneret reſiduum, ipſa quoq; Locorum *Nomina* mutabant, ut, quæ illis *Templa, Delubra, Fana* (v. *Becmanni* Orig. L. L. pag. 391. f. *Hildebrand.* Enchir. c. II. pag. 21. m. f.. *Lactant.* Inſtit. Divin. Lib. V. c. 8. p. 274. m. & VI.

25.

25. pag. 380. *Optat. Mil.* lib. II. p. 67. m. *Sagittar.* de Januis cap. XXIII. §. ult. p. 159. f. *Zanch.* fol. 637. &c.) Chriſtianis vocarentur (α.) utplurimùm *Baſilicæ*, non adeò quidem à *regali ſtructuræ* magnificentiâ; ſed potiùs ab eo, quòd *Regi Regum Deo Ter O. M.* ſacræ eſſent, vel etiam, quòd juſſu ſumtuq; *regio* erigerentur (v. *Alſted.* Parat. Theol. p. 31. a. f. *Becm.* l. c. *Bulling.* de Or. Err. c. XXI. p. 100. b. *Calvin.* Lex. Jur. fol. 111. 112. *Cent. Magd.* IV. c. 6. fol. 407. V. 641. 642. *Hoſpin.* de T. lib. I. c. 8. fol. 48. 49. *Iſidor. Hiſpal.* Origg. lib. XV c. 4. fol. 78. a. 2. f. *Hildebr.* in Enchir. cap. II. pag. 20. *Link* de Encœn. Templ. cap. I. §. 10. *Martinii* Lex. Philol. fol. 635. m. *Panciroll.* Rer. Memor. lib. I. tit. 19. p. 33. & ad eum *Salmuth.* p. 56. 57. *Rivand.* Feſt. Chron. part. I. fol. 6. m. *Zanch.* fol. 444. a. 639. 640. Uſus

Patribus adeò familiaris eſt, ut probatione non indigeat, atq; ideò in poſterum quoque ſemper hoc nomen retinere placuit. (6.) Audiebant prætereà *Domus DEI Euſeb.* H. E. VII. 23. fol. 207. b. (γ) *Domus Domini*, ut & *Dominicæ* & *Dominica* (vide *Cyprian.* ſerm. I. de Eleemos. cujus verba vide ſ. XXXV. *Petrej.* Confeſſ. pag. 123. *Alois. Novarin.* Elect. Sacr. lib. V. cap. 107. §. 922. fol. 294. *Euſebii* verba mox habentur ſ. L.) quòd DNo. DNantium rurſus ſacra forent, vel, juxta *Auguſtinum* (quod tamen eodem ferè recidit) à *die DNico*, quo *præcipuè in ædibus iſtis conventus habentur, ipſe enim eſt, qui videtur propriè ad Dominum pertinere, quod eo die DNus reſurrexit*, ſerm. XV. de verbis Apoſtoli fol. 85. b. m. conf. *Zanch.* l. c. unde in vernaculâ Dom / Dom-Kirch / Dom-Capitul / Dom-Herren / non Dum vel Thum dicimus.

uti

uti præter dictos v. *Ames.* de Sabb. & die DN. pag. 74. pr. *Hildebr.* l. c. pag. 20. m. *Euſeb.* de Laud. Conſt. fol. 489. cujus verba vide ſ. L. & heic adde *Bullinger.* de Or. Err. cap. XXI. pag. 100. b. *Cent. Magd.* IV. 6. fol. 407. *Feſſel.* Adverſ. Sacr. lib. V. cap. 2. ubi & Gallicum Dame addit, indeq; deducit §. 1. pag. 415. *Philips* Cler. Apoſtol. Cathol. cap. VII. §. 124. pag. 91. m. f. *Quiſtorp.* P. I. Deſider. p. 19. Græcis erat κυριακὴ, ſcil. οἶκος, unde itidem vernaculum Kirche / aut prout in Saxoniâ inferiore efferunt, Kerke. vide *Alſted.* l. c. pag. 86. b. m. *Becmann.* l. c. *Beleth.* Ration. div. offic. cap. II. pag. 3. a. f. *Beſoldus* in Theſ. Pract. hâc voce. *Buchner.* ad Plin. Epiſt. §. 930 pag. 194. f. *Calvin.* l. c. fol. 303. b. f. *Füller.* Miſcell. pag. 225. m. f. *Hildebr.* Enchirid. pag. 20. *Hoſpin.* de Feſt. Chriſt. cap. IIX. fol. 24. ex *B. Rhenano.* it. de Templ.

fol. 40. a. m. *Link.* l. c. *Seldenus* de Synedr. Lib. I. cap. 9. pag. 275. *Zanch.* l. c. fol. 639. a. pr.

III.

(δ) E*Ccleſiæ* vox, quam §. XIV. non locum, ſed actum vel cœtum nativè notare probavi, paulatim in metonymiam contenti pro continente degenerans, poſterioribus temporibus cepta eſt quoque pro Baſilicâ adhiberi, quòd ſcil. ſacri conventus ſemper ibidem loci inſtituerentur. Adhibetur hâc notione ab *Euſebio* Lib. VI. & VII. cujus verba extant §. XXXV. it lib. IIX. cap. 1. fol. 216. b. cap. 29. fol. 253. d. 254. g. de vitâ Conſt. Lib. III. cap. 47. fol. 377. a. *Hieron.* cujus verba adducentur §. CLII. alioſq; Scriptores poſteriores: *Ditmari* Epiſcopi Merſeb. verba inferiùs l. c. itidem afferentur: Nam, producat *Füllerus* idoneos ſcriptores

Græ-

Græcos antiquos, queis hæc vox locum denotet, quod *notum eſſe* perhibet in fronte cap. 19. Lib. II. Miſcell. pag. 220. producat, inquam,

& erit mihi magnus Apollo!

Rectiùs quin ergo *Confeſſores Petrikoviani*, quantumlibet Pontificii: *etſi quæ propriè dicitur Eccleſia*, inquiunt, *conſtat ex vivis lapidibus, ex hominibus in DEUM credentibus, idem enim græcè ſonat vox hæc, quod latinè cœtus vocatorum* (arrigat aures *Füllerus* & *Socii*!) *tamen quoniam in eum locum conveniunt, qui vocati ſunt ad ſpem cœleſtis hæreditatis conſequendæ, locum ipſum eodem nomine, quo cœtum in eo congregari ſolitum, appellare viſum eſt.* Hæc *illi* cap. XC. fol. 269. *Cùm Eccleſiam dicimus, non circuitui murorum vim hujus dictionis accommodamus; ſed piorum potiùs in eo multitudinem ſanctiſſimam ſignificamus*, ait *Cyrillus*

Digitized by Google

Alexandr. Lib. IV. in Eſa. cap 4. *Non ſumitur Eccleſia pro templo materiali, quod ædificare melius poteſt Latomus quàm Theologus*, juxta *Gerſon*. de Pot. Eccl. conſider. 13. *Dicat Euſebius, quid ſit Eccleſia? eſt enim abſurdiſſimum, & perquàm grave, ipſum ne hoc quidem cognitum habentem in hâc opinione verſari, ut Epiſcopum ſe eſſe exiſtimet. Nam, quod Sanctorum cœtus ex rectâ fide atq; optimâ vivendi ratione collectus Eccleſia ſit, inter eos conſtat qui ſapientiam deguſtârunt*, ajente *Iſidoro Peluſ.* Lib. II, epiſt. 246. Quæ tria loca verbotim habentur apud *D. J. Gerhardum* Conf. Cathol. Lib. II. art. 5. app. ſ. 11. pag. 1302. a. f. b. conf. *Centur. Magdeb.* V. fol. 641. &c. (e) *Martyria* item à ſepulcris Martyrum & piâ eorundem recordatione: quomodo Conſtantinus Mag. *Martyrium Apoſtolorum* erigebat apud *Euſeb.* de ej. vita Lib. IV. cap.

cap. 58. 59. 60. 71. adde *Bullingerum* l. c. *Cent. Magdeb.* IV. fol. 407. & præter plures jamjam allegatos *Dannh.* Chriſteid. Act. I. Theat. 2. phæn. 1. lit. Z. pag. 457. *Iſidor. Hiſp.* Orig. Lib. XVI. 4. fol. 78. a. 2. *Zanch.* l. c. fol. 639. (ζ) *Monaſteria* eôdem ſenſu accipiunt *Hildebr.* & *Hoſpin.* ll. cc. unde fortaſſis das Münſter zu Straßburg deducere queas: (η) *Oratoria*, εὐκτήρια, προσευκτήρια, *Becm.* & *Bullinger.* ll. cc. qui & *Conventicula* vocata aſſerit. Adde *Chryſoſt.* Homil. V. in Acta. *Confeſſ. Petrik.* fol. 270. a. pr. *Euſeb.* H. E. IIX. 1. fol. 216. cui & προσευκτήριος οἶκος audit cap 2. fol. 217. b. *Fungeri* Etymol. Tril. pag. 536. b. prin. *Iſidor.* l. c. XV. 4. fol. 78. *Hildebr.* Enchirid. pag. 19. f. *Platina* in vita Joh. III. pag. 98. b. m. *Riv.* l. c. *Zanch.* fol. 639. ita & Periphraſticè *Atria Chriſti in toto mundo conſecrata vocantur*

Iſidoro de Div. Offic. Lib. I. cap. 2.

II.

AUdiant hæc & contremiſcant, imò tremulas aures in *Angliâ* arrigant die Qvacker / qui, tremulo licèt ore, ſpiritu tamen contumaci contendere non verentur, das geſpitzte Hauß könne nicht die Kirche ſeyn / weil der Apoſtel ſaget: Eure Liebe ſeyn die Tempel des Heiligen Geiſtes: Und Stephanus ward zu tode geſteiniget / wider den Tempel zeugende / welcher ſagt / Gott / der die Welt gemachet / wohnet nicht in Tempeln mit Händen gemacht / uti nugantur in der Grund-Feſte und Urſachen / warum ſie die Lehre der Welt verachten / pag. 3. Sed obturatum fuit eis os hoc impudens, à *Rev. Miniſterio Hamburg.* hôc firmiſſimo aſſerto, Chriſten können mit guten Gewiſſen Steinerne Kirchen bauen / und ihren Gottesdienſt dar-

darinnen verrichten / im Quacker-Greuel cap. IIX. pag. 266. 267. 278-285. Cui eorundem delirio, etſi nondum tremulantibus ipſis, dudum occurrit *Brochmand.* Syſt. Theol. artic. XIIX. cap. 10. qv. 6. Tom. 2. fol. 45. a. f. conf. *Philips* Cler. Ap. Cath. cap. X. ¶. 204. pag. 159. *Patrit.* de Regno Lib. IIX. tit. 14. pag. 348-350. *Zanch.* fol. 628. b. pr.

L.

ERectæ hôc modô Baſilicæ *ubiq; terrarum, & univerſum mundum adornantia Sacro-Sancta Templa, auguſta Eccleſiarum ædificia in ſingulis urbibus, pagis, regionibusq; omnibus, atq; adeò in deſertis Barbarorum ædes ſacræ & templa uni omnium Deo atq; univerſarum rerum Domino dedicanda conſecrandaq;* curabat Conſtantinus Magnus, *unde etiam templa, quæ ei erant conſecrata, Domini*

Nomen obtinerunt, quod nomen non ex hominibus; ſed ex ipſo omnium Domino illis fuit impoſitum, & propterea Dominica ſunt appellata, uti *Euſeb.* memorat Orat. de Laudibus Conſt. M. fol. 489. f. g. Heic nec vola nec veſtigium de *Mariâ*, aut ullo *Sanctorum* deprehenditur, queis tamen ſuas hodiè Pontificii ubivis terrarum conſecrant,

Ut tot Templa Deûm Romæ, quot in urbe ſepulcra
Heroum numerare queas

quod de infidelibus Romanis *Prudentius* in Symmachum lib. I. vſ. 191. effert, modernis verò infidis non minùs benè convenit. *Neq; enim ut plures ſoles mundus, ita nec Deos plures cœlum capit*, occinere eis libet ex *Laur. Bej.* (qui his ipſis verbis impingere nobis & exprobrare nititur Canoniſationem Lutheri, Concion. Select. II. pag. 872. f. quas tamen conciones præmiſſa

miſſa libro cenſura *nobile fidei ſcutum*, *ac fidam ſanctioris vitæ pædagogam* vocare dignata eſt; quas verò loco *ſelectarum*, *ſceleſtas* lubentiùs appellaveris) Nos, inquam, noſtriq; PRINCIPES *uni* itidem *Deo* Ejusq; Glorioſo Nomini Baſilicas ſacramus recens-extructas, cujus quidem rei recentiſſimum exemplum ELECTORALE-SAXONICUM dabitur inferiùs §. CVI. Eis autem, quæ Sanctorum aliisq; nominibus ex Papiſmo reliquis inſignitæ ſunt, ſua cuilibet pro libertate Chriſtianâ relinquimus, velut & *diebus ſeptimanalibus*, uti audiemus §. LXXVII. aut *aſtris* in cœlo, quæ in Gentiliſmo contraxêre, juxta *Strauch*. Aſtrognoſ. aphoriſm. 136. De cætero Conf. *Brochm*. l. c. cap. 10. fol. 45. 46. *Cent. Magd*. V. 6. fol. 643. &c. VI. f. 324. &c. *Gerh*. C. C. Tom. III. art. 3. c. 6. pag. 756. 788. *Lyſeri*

Papiſm. p. 702. ex Pontificiis *Bellarm.* T. 2. Contr. IV. lib. 3. c. 4. fol. 463. &c. *Confeſſ. Petrik.* c. XL. fol. 273. *Goar* in Ἐυχολόγ. Græc. fol. 831-854. *Hermannut.* Antidot. part. III. qv. 3. ex Calvinianis, *Bulling.* de Or. Err. c. XIII. p. 58. XV-XXIII. p. 59-113. *Hoſpin.* de Templ. lib. I. cap. 9. fol. 853-859. *Mornæus* de Euchar. lib. II. c. 1. fol. 169-174. III. 12. fol. 497-575. *Zanch.* fol. 642. b. m. f. ex parte Conf. *Lamb. Schaffnab.* Hiſt. Germ. p. 207. b. f. *Hildebr.* Enchirid. cap. ult. p. 63-66. *Papa Innocent. I.* ne nihil conſtituiſſe videatur, decreviſſe dicitur, *ne templum ſemel conſecratum ampliùs conſecretur*, juxta *Balei* Acta Rom. Pont. p. 30. 31.

LI.

DEdicatæ debito more Baſilicæ innumeris ferè *donis Bonisve* auctæ ſucceſſu temporis, augenturq;

turqʒ hodienum, quorum nonnul-
lā adducere placet, & (α.) princi-
pem quidem locum *Deſcriptio Sa-
crorum Voluminum* occupabit, *quo-
rum & apparatum & uſum maximè
Eccleſiis neceſſarium cognoverat* Lau-
datiſſ. Imp. Conſt. M. quæqʒ præte-
reà *facilè legi ac circumferri poſſent:
ea itaqʒ ab artificibus, ſcitè ſcribendi
peritis, politiore membranâ deſcribi
mandabat, præfectoqʒ provinciæ lite-
ris injungebat, ut quæ ad conſcriben-
da ea neceſſaria viderentur, õia ſummâ
diligentiâ ſuppeditari curaret; nam
ut codices ſcripti quàm celerrimè con-
ficerentur, Euſebianarum id erat par-
tium; ad eos verò perferendos vehicu-
la duo publica* ordinabantur: *ita
enim quæ pulcerrimè deſcripta forent,
etiam ad ſuum conſpectum facillimè
conferri* cupiebat: *quod Imperatoris
mandatum res ipſa celeriter conſecuta
eſt, cùm in membranis curioſè elabo-
ratis terniones & quaterniones mitte-*

rentur &c. v. *Euſeb.* de vitâ Conſt. lib. I. c. 36. 37. fol. 401. 402. *Socrat.* H. E. I. 6. fol. 518. *Theodorit.* I. 16. fol. 32. *Niceph.* IIX. 27. fol. 395. &c. *Cent. Magd.* IV. 7. fol. 509. Et hoc ad eum ferè modum, quo *ſæculo priore* Claudius Tacitus Imperator Ethnicus *Caj. Cornelium Tacitum*, quem *Patrem appellare conſveverat*, *Bibliothecis omnibus inferri juſſerat*, *inſtitueratq́; ut decies in anno publicè ſcriberetur, ne ipſius monumenta deperirent*, prodente *M. Ant. Sabellico* Ennead. VII. lib. 7. Tom. I. fol. 449. a. f.

LII.

(β.) ALterum ſibi locum vendicant *Donationes redituum* reliquorumq́; *Bonorum Eccleſiaſticorum*, quæ multis omninò exponuntur ab *Euſebio* H. E. X. 6. fol. 291. &c. de vitâ Conſt. lib. I. cap. 34. 35. 36. fol. 320. &c. *Sozomeno* I. 8. fol.

8. fol. 205. c. *Nicephoro* VII. 41. 42. fol. 336-338. Integram aliàs eorundem hiſtoriam percenſuit *Hoſpinianus* de Templis libro V. à fol. 399-401. it. 409. &c. ubi eorundem agendorum X. modos refert. Add. *Auguſtin.* ſerm. XXI. ad Fratres in Eremo fol. 10. b. *Chryſoſt.* Homil. in Priſcill. & Aquil. p. 173. &c. *Calvin.* Inſt. Rel. Chr. Lib. IV. c. 40. ſect. 67. fol. 415. *Cent. Magd.* IV. cap. 3. fol. 61-79. *Link.* de Jure Templ. cap. IV. per tot. *Reinking* Regim. Sæcul. & Eccl. Lib. III. claſſe 3. pag. 506-510. Quæ quidem ipſa non eum in finem adducuntur, ut ſuppetiæ ferantur fictæ illi falſæq; *Donationi Conſtantinianæ*, quam totiens comminiſcuntur, quotiens jactitant aut crepant Pontificii; cùm tamen non incommodè *Hieronymo Donati*, Venetorum Legato, cum *Alexandro VI. de poſſeſſione Maris*] *Adriatici* ejusq; diplomate mon-

monſtrando colloquente, viſum fuerit, *notiſſimam hanc Conſtantini Donationem, ſi ſub oculos veniat, o iſtographam comparituram, & verſâ paginâ id de quo quæritur, palàm exhibituram*, v. *Bucholc.* Ind. Chronol. ad Ann. 1500. p. 448. f. *Camerarii* Hor. ſucciſiv. cent. I. cap. 61. pag. 276. &c. Appoſitè quoq; *Lepram Conſtantini Magni* (cujus curationi totum mendacium ſuperſtruitur) *erroris arguit, & nominis ſimilitudine oblucinatam ignaram poſteritatem* aſſerit *Sabellicius* Ennead. IIX. lib. 8. Tomo 2. fol. 51. b. m. quod, an bonâ cum pace ſanctiſſimi (ſcilicet) Patris Papæ fieri queat, ipſe viderit *O Petre! O Silveſter! O Sancta Romanæ Eccleſiæ Pontifices! cur vobis commiſſam paginam non cuſtoditis? cur à tineis illam rodi, aut, cur ſitu tabeſcere paſſi eſtis? opinor, quia corpora quoq; veſtra tabuerunt!* ita feſtivè hanc donationem eludit

Laur.

Laur. Valla libro de Don. Conſt. nec minùs appoſitè, ut de *Silveſtri* illius *miraculis*, ita de cæteris quoq; eorundem temporum commentis *Mantuanus*:

quia nullus idoneus autor
Nec Teſtis productus adhuc, ideoque relinquam
Talia, quæ poterant quædam figmenta videri.
Noſtra etenim nugas deliramentaq́; ſpernit
Religio, nec datur linguis mendacibus aures.

citante *D. Joh. Gerhardo* Conf. Cathol. Lib. I. part. 2. cap. 16. argum. 2. T. 1. gen. pag. 767. a. m. Cætera hujus integri negotii fuſè pertractârunt *Arniſaus* de Clericor. Subject. & exemt. cap. VI. pag. 168-186. *Bulling.* de Script. S. Lib. II. cap. 9. pag. 69. *Calvin.* Inſtit. lib. IV. c. 11. ſect. 12. fol. 475. *Carion.* Chron. p. II. lib. 3. p. 309-312. *Camerar.* l. c.

Cau-

Cauſæ Decl. Concil. Trid. p. 38. 377. *Cent. Magdeb.* IV. c. 7. fol. 503 509. *Chytræi* Faſt. Chriſt. Lib. XII. pag. 545. *Graſerus* in Hiſt. Antichriſt. Exercit. VI. pag. 327. &c. *Hildebr.* pecul. diſſert. it. de Prec. p. 27. 28. *Hoſpin.* de Templ. Lib. V. c. 2. fol. 401-409. & cap. 5. fol. 416. *Hutteri* Actio in Gretſer. de Munificentiâ Princip. in ſedem Roman. *Marſil. Patavin* in Defenſ. Pacis pro Ludov. Bav. diſtinct. III. c. 18. pag. 296. *Pappi* Epit. Hiſt. Ecclſſ. pag. 537-542. *Philips* Cler. Apl. Cath. c. VI. §. 122. p. 89. cap. VII. §. 150. pag. 111. *Porta* pecul. lib. *Reinking.* l. c. lib. I. claſſ. 2. c. 8. pag. 67-80. *Rivetus* Critic. Sacr. lib. III. c. 3. p. 251-254. *Sulpit. Sev.* H. E. Lib. II. p. 545. *Voët.* diſp. p. II. 55. p. 868. &c. *VVolff.* Lect. Memor. Centen. IV. Tomo I. fol. 80. & Cent. XVI. Tom. 2. fol. 626. a. f. *Fabronii* Politiſch. Käyſer-Chron. parte II. p. 18-23.

3. 27. f. *Graſeri* Hiſtor. Antichriſt. Exercit. VI. pag. 317. &c. Qui plura deſiderat, evolvat *Nicol. Macchiavelli* Hiſt. Florent. lib. I. ubi docet, *abſentibus & neſcientibus Imperatoribus à Theodoſio datum, ſi quid unquam dignitatis Pontificibus in Italiâ anteà acceſſerit.* Lib. I. pag. 13. 14. imò, quod amplius eſt, ait: *Pontifices Romani cauſſa omnium malorum in utroque Imperio* pag. 14. m. f. 15. m. Habemus quod volumus abs *Pontificio Scriptore*, qui id ipſum opus ſuum Pontifici *Clementi VII.* inſcripſit. Sed ſatis de hoc.

LIII.

(γ) Tertiò occurrit *Clericorum immunitas*, quos Conſtantinus Magnus *ab omnibus omninò communibus & civilibus Rerum Miniſteriis immunes ac ſolutos volebat, ut nullo modo per errorem per ſacrilegam & profanam prolationem, quæ in hu-*

jus-

juſmodi negotiis accidere ſolent, à cultu Divinæ Majeſtati debito abſtraherentur; ſed absq; ullâ moleſtiâ propriæ legi obſequium præſtarent: qui quidem cùm S. Numen ſummo honore & veneratione proſequantur, incredibile quantum Reip. adjumenti videantur allaturi. Legantur cætera apud *Euſeb.* Hiſt. Eccl. Lib. X. cap. 7. fol. 292. *Illis* quoque *qui erant in Judicium vocati, dabat poteſtatem, ſi modò* animum inducerent Magiſtratus civiles rejicere, ad Epiſcoporum judicium provocandi, atq; eorum ſententiam ratam eſſe, &. aliorum *judicium ſententiis plus habere autoritatis, tanquam ab ipſo Imper. prolatam*, ſtatuebat; quin etiam jubebat, ut *Magiſtratus res judicatas reipſa exequerentur, militesq; eorum voluntati inſervirent.* vide *Sozomen.* Hiſt. Eccl. I. cap. 9. fol. 206. *Niceph.* VII. 42. fol. 339. *Arniſæum* & *Feſſeln.* de Clericor. ſubject. Jura

Ecc-

Eccleſiarum reliqua collegiſſem, niſi conjunctim eas edidiſſent *Cent. Magdeb.* III. cap. 7. fol. 173-177. *Arniſæus* & *Link*. cc. ll.

LIV.

(δ) QVarto loco accedebant *Ornamenta varia*, utputa (1.) *Reliquiarum*, quas memoriæ; non cultûs ergò Baſilicis inſerebant, etſi (malum!) brevi in huncce declinatum fuerit: de quâ totâ re evolvantur, ſi placet *S. Ambroſius* ſermon. XCII. & XCIII. fol. 271. *Bejerlink* l. c. p. 449. Brochmandt l. c. cap. VII. qv. 4. fol. 25. &c. *Bulling*. de Orig. Err. cap. XXI. pag. 101. *Calvin*. Opuſculis, tr. de Reliqv. fol. 234. &c. *Caſalius* de Rit. cap. XXXIX. pag. 206. *Cent. Magdeb*. IV. cap. 6. fol. 456. &c. 482. &c. V. fol. 697 - 700. VI. fol. 345. &c. *Chamier*. Panſtrat. Cathol. Tom. II. Lib. 20. cap. 8. & 9. fol.

fol. 410-413. *Chemnit.* Ex. C. Tr. part. IV. p. 1-21. *Chryſoſt.* Homil. in Babyl. pag. 37. *Coppenſtein* l. c. qv. 23. *Coſterus* in Enchirid. pag. 493. 501. *Damaſcenus* de O. F. lib. IV. c. 16. p. 215. *Dieteric.* Inſt. Catech. p. 365. *Ditmarus* Chron. p. 2. 19. 26. 167. 238. *Evagr.* H. E. lib. I. capp. 13 16. fol. 501. &c. *Fricius* de Rep. emend. lib. IV. c. 13. fol. 281. ſeqq. *Gerhard.* Conf. Cathol. Tom. 3. art. X. c. 3. p. 658-740. *Heshuſ.* 600. Irrthum. art. XXIX. *Hildebr.* de Prec. pag. 24. 25. *Höpfner.* Saxon. Evangel. ſect. III. part. 2. cap. 2. pag. 552. *Martinii* Lex. Philol. fol. 3087. prin. *Niceph.* Hiſt. Eccl. Lib. XIIX. cap. 38. fol. 1146. c. *Platz* l. c. loc. LXXI. p. 440-444. *Polydor. Virg.* de Inv. Rer. Lib. IIX. c. 1. p. 605. *Procop.* Ædif. Juſt. pag. 677. m. *Prudent.* in Hymn. p. 115. *Sa* Aphoriſm. Confeſſ. p. 613. *Schaff-nab.* pag. 28. a. f. *Sozom.* H. E. lib.

V. cap.

V. cap. 8. VII. 10. 21. 22. IV. 2. 17. &c. *Stapleton.* Promt. Cathol. part. I. pag. 292-300. *Joh. H. Urſinus* Analect. Sacr. volum. II. 9. pag. 114-117. *Joach. Urſinus* in ſtupendis Templ. Jeſuit. parte III. pag. 353. ad finem. *Zanchius* l. c. fol. 478. &c. *Zeæmann* Uncathol. Papſt. parte II. fol. 689-710. &, qui hæc ex profeſſo pertractavit *L. Thomas Steger* νῦν ἐν ἁγίοις in diſp. inaugur. de Ortu & Progreſſu cultûs Reliqv. Dederunt hæ reliquiæ anſam *Joh. Calvino*, ut libellum conſcriberet, Römiſcher Brot-Korb/ uti in ejus præfatione videre eſt. Adde *Voët.* diſp. part. III. c9. p. 1002 &c.

LV.

(2.) F*igurarum*, in parietibus aut tectis, & *Imaginum*, quas decoris causâ his-illis Baſilicis indere ſolebant, v. g. (*α.*) D*EI*, vide

v. *Hoſpin.* de Templ. Lib. II. c. 13. fol. 193. &c. *Albaſpin.* ad Concil. Eliberin. can. XXXVI. p. 316. (E.) *CHRISTI* v. *Bebel.* Eccl. Ev. & Jud. pag. 377. 733. *Bellarmin.* Tomo II. Controv. 4. lib. 2. c. 12. fol. 449. g. *Brochmandt* l. c. *Caſalius* cap. III. pag. 14. &c. *Euſeb.* H. E. VII. 14. fol. 195. *Evagr.* H. E. IV. 26. fol. 588. V. 18. fol. 601. *Hildebr.* de Prec. pag. 26. 27. *Hoſpin.* de Templ. Lib. II. c. 16. fol. 227-249. *B. Meiſner* Colleg. Adiaphor. pag. 19. 28. 43. 51. 53. *Neand.* Catech. Gr. L. p. 396. &c. 401. &c. *Niceph.* H. E. XIIX. 42. fol. 642. *Riethſchel* pag. 7. 8. *Sozom.* H. E. V. 20. fol. 359. Conf. *Arcudi* Conſens. Ecclef. Or. & Occ. Lib. III. cap. 23. fol. 204. (c.) *Crucis*, ex quo ſcil. eam de Cœlo fulgentem conſpicatus *Conſtantinus Magnus &c.* & poſteà in Divini Auxilii Teſtimonium *nummis*, *labaris* pariter, ſive ſignis militari-

bus

bus & *Baſilicis* multipliciter appingi curabat v. *Bejerlink* l. c. p. 891. *Bellarm.* l. c. fol. 458-462. *Camerar.* Hor. ſuccis. Cent. III. cap. 73. 74. 75. pag. 268-282. *Evagr.* H. E. IV. 25. fol. 586. *Gerhard.* Conf. Cath. Tom. III. art. X. cap. 8. p. 774. &c. *Hoſpin.* l. c. 18-21. fol. 250-257. *Oecolamp.* ad Chryſoſt. Homil. p. 144. 145. *Pontan.* Progymn. Latin. Lib. IV. 65. pag. 1139. b. f. Et hujus quidem veneratio nonnullos in tantùm cepit, ut eam *humi* vel *in ſilice*, vel in *marmore* aut *ſculpi* aut *pingi* noluerint; ubi verò in *pavimento* ac *ſolo* factum fuerit, *omninò deleri* juſſerint, *ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum injuriâ afficeretur*: eos itaq; *qui deinceps Crucis ſignum in ſolo conſtruxerint*, *ſegregandos decreverint*, qui *ſuperſtitioſus canon* LXXIII. *Concilii Cpltani* in Trullo extat in *Ebingeri* Canon. Concil. pag. 415. 416. ubi vide

(3 ἐπινρ.

ἐστίκε. Oſiandr. Extat quoq;
Codice Juſtinianæo Lib. I. tit. 8.
Impp. Theodoſ. & Valent. A.
publicata ejusmodi conſtituti
quam verò nec ipſi ſuperſtitioſ
rum obſervationum baſiator
Pontificii obſervârunt, ſed *Bella*
minus expreſſè aſſerit, *ſepulcris*
ubivis ferè devotè cruces inſculp
Tom. 3. C. 4. l. 2. c. 26. nec *Calv*
niani, v. *Ameſ.* Bellarmin. ener
& *Vorſtj* Antibell. T. 2. C. 4. ad t
8. nec *noſtri* deniq;, queis planè pe
ſpectum eſt, *nequaquam injurioſu*
eſſe hoc, ſi non animo conculcan
paſſionem CHRI fiat, juxta *Ebing*
l. c. v. *Sim. à Grœnevvegen* de Leg
abrog. & inuſit. ad Codic. l. c. pa
25. ubi & pro ſe allegat *Bugn.*
Legg. abrog. lib. I. col. 192. Con
Tertullian. de Idolol. fol. 729. &

LVI.

ATq; ſic paulatim eò deventu

eſt ſuperſtitionis, ut *adoratio Imaginum* inde propullularet, prout *Canon* modò dictus ipſe & mente, & ſermone & ſenſu adorationem ei tribuit: aliusq; nonnemo *Hymnum* in diem Inventionis S. Crucis concinnans inter cætera hæc verba aſferre non erubeſcit:

Non ſunt nova Sacramenta
Nec recenter eſt inventa
Crucis hæc religio.
Iſta dulces aqas fecit,
Per hanc ſilex aquas jecit
Moyſis officio:
Nulla ſalus eſt in domo
Niſi cruce ſumit homo
Super liminaria &c.

referente *Calvino* im Römiſchen Brod-Korb. part. III. c. 2. p. 181. m. qui & totâ parte IV. de Papali Idololatria tractat, præcipuè de Imag. p. 191. b. &c. *Haſenmüller* Triumph. Pap. cap. VI. p. 11. pr. *Urſin.* Stup. Temp. Jeſuit. part. III. p. 78-284.

Digitized by Google

Ex ipſiſmet Pontificis, vid. *Bejerlink* C. S. p. 375-415. *Bellarm.* l. c. c. 7. fol. 444. &c. *Coppenſtein* l. c. qv. 24. 25. 26. *Coſterus* Enchir. pag. 432. *Joh. Davantr.* in Telo, ſive Catapulta fidei lit. R. *Durand.* Rational. l. 5. *Forſteri* Congreg. Mar. p. 115. *Fabritii* Catech. R. part. III. c. 2. qv. 9. pag. 298-301. *Machiavellus* Hiſt. Florent. lib. VII. p. 404. f. *Mirandul.* Apolog. qv. 3. op.p. fol. 22. 23. *Petrej.* Conf. Tert. & C. lib. IV. cap. 9. p. 118. *Polydor. Virgil.* de J. R. lib. VI. c. 13. p. 537. &c. *Sa* Aphor. Conf. p. 350. *Staplet.* Promt. Cathol. p. I. p. 189. 11. *VValafr. Strabo* de R. E. cap. 8. Tomo IX. Biblioth. PP. fol. 955. *Gregor. de Valent.* in II. 2. Thomæ diſp. 6. qv. 11. p. 6. fol. 1896-1905. Multa heic more ſuo nugatur *Gretſerus* ad Codinum, pecul. libro *de Imaginibus non manu factis*, deq; aliis, *à S. Lucâ depictis*, quæ apud

apud ipſum quàm h. l. meliùs legi poterunt. Conf. *Bulling.* de Or. Err. cap. XXIV. pag. 113. b. 118. *Cent. Magd.* VII. c. 6. fol. 137.

LVII.

HAnc alii *deteſtantes Iconolatriam*, ex alterâ parte *in Iconomachiam* prolapſi fuêre: & *in Oriente* quidem tempore *Philippici Imper.* v. *Sabellic.* Enne. IIX. lib. 7. Tom. 2. fol. 42. a. f. *Lampadii* Mellific. Hiſtor. part. III. pag. 32. *Bulling.* l. c. c. XXV. p. 118. tempore item *Leonis III. Imper.* qui & inde *Iconomachi* nomen retulit. v. *Brougthoni* Concent. SCR. p. 178. *Buchole.* Ind. Chronol. p. 281. *Bulling.* l. c. *Carion.* l. c. lib. 4. 525. *Caranz.* Summ. Concil. p. 517. *Centur. Coſter* & *Lampad.* l. c. *Pelargius ad Damaſc.* de O. F. IV. 5. p. 216-219. *Platin.* p. 102. b. *Sabellic.* l. c. fol. 44. a. m. f. *Selneccer* Catal. Concil. p. 81. 82. *VVolff.*

Lect. Memor. Tomo I. fol. 87. a. f
&, qui hæc prolixè exequitur
Hoſpinian. de Templ. II. c. 10. 11. 12
fol. 130-149. *in occidente* verò tem
pore *Caroli Magni* habita eſt *Syno*
dus Pariſina de imaginibus Anno
DCCCXXIV. adde *Fabronj* Polit
Kaiſer. Chron. part. III. pag. 41-51
Bulling. l. c. p. 121. & cap. XXVI
p. 121-125. Conf. *VVolff.* l. c. Tomo
2. fol. 159. b. Superiore ſæculo *icono*
claſiam Wittebergæ in Baſilicâ Ca
thedrali ad Arcem, cujus veſtigia
hodienum in Tabulis Marmoreis
prope ſuggeſtum videre licet, in
ſtituit *Andreas Bodenſtein*, Carol
ſtadius, *homo ferus*, *ſine ingenio*, ſine
doctrinâ, ſine ſenſu communi
ſolitus in doctrinâ ἰϐδαΐζειν, κα
ϛασιάζειν (quo eum encomio or
nârunt *Philip. Melanchth.* Epiſt. a
Frid. Myc. quæ eſt in Eplis Zvv. &
Oecol. Lib. III. fol. 135. c. ubi Conf
Lib. I. 7. fol. 10. b. & *Georg. Calixtu*
in

in Judic. de Controv. Theol. §. 48. pag. 30. 31. De toto aliàs illo certamine v. *Bucholceri* Indic. Chronol. p. 513-517. *B. Luther.* paſſim, *Ottj* Hiſt. Anabapt. ad Ann. 1522. n. 1. 1523. n. 3. 1524. n. 1529. num. 4. *Pappi* Epit. Hiſt. Eccl. pag. 954. *ſcriptaq; Adiaphoriſtica*, ſive *Interimiſtica* plurima. Cujus præpoſtero furori parùm abſimilis ille eſt, quem paucis abhinc ſeptimanis Plebs Itala in Regno Neapolitano exercuit circa diripiendas, confringendas & furioſè comminuendas *imagines* Sancti cujusdam, *Ludovici*, quas pro effigie Regis moderni Galliæ, hoſtis hodiè infenſiſſimi, habebant, uti *Novellæ* plusquàm unâ vice referebant. In *Helvetiâ* item *Johannes Calvinus* Eccleſiarum Reformationem ſuſcipiens eò usq; proceſſit, ut cum *ſociennorum turbâ* omnem imaginum uſum ex Baſilicis eliminaverit,

cujusq; poſteri eas, ceu ad idolo-
latriam invitatorias hodienum
damnant. Longus forem in enar-
randis eorũ monumentis: legantur
in eorum ſcriptis, apud *Acta Collo-
quii Mompelg.* pag. 390. 391. & *Be-
zam.* Reſp. ad illa Acta part. II.
pag. 58. &c. Anhaltiſche Verantw.
pag. 7. 8. 30-69. 108. 111. 112. 117-
137. *Bibliandr.* præf. ad Epl. Z. v. &
Oecol. lit. Δ. 6. a. pr. *Bulling.* de
Or. Err. cap. XXVIII-XXXVI.
pag. 125-179. & de SCR. Lib. II.
c. 9. pag. 72. b. *Calvin.* Inſtit. R.
Chr. Lib. I. cap. 11. fol. 15. *Cate-
chiſm. Palat.* qv. 94-98. pag. 406-
430. *Chamier.* Panſtrat. Cathol.
Tom. II. lib. 21. 22. fol. 413-451.
Fay Theſ. Theol. LIV. p. 248. &c.
Hofmeiſter Panace. pag. 511-513.
566. *Hoſpinian.* de Templ. lib. II.
cap. 13-15. fol. 193-217. *Mornæ.* de
Evchar. lib. II. cap. 2. 3. 4. fol. 180-
254. *Theoll. Palatin.* im Bericht p.

445

445. *Pare.* Corp. Doctr. qv. 97. & 98. p. 554-566. *Pelarg.* ad Damaſcen. l. c. *Ravanell.* Biblioth. S. Tom. II. fol. 1231. Conf. *Marnixii* Römiſch-Bienenkorb part. II. c. 13. p. 153. *Rietſchel* pag. 7. 8. *Sadeel.* opp. Theol. fol. 519. *Tigurinor.* Reſp. de Imagin. *Victor* von Bildern &c. *Zanch.* fol. 347-376. it. 641. b. m. f. *Zepper.* politic. Eccl. l. I. c. 15. pag. 167-170. *Voët.* diſp. p. III. 59. 60. pag. 870-945.

LIIX.

M*Edio tutiſſimus ivit Divus Lutherus*, qui nec cum *Pontificiis* in exceſſu, nec cum *Iconomachis* antiquis & modernis, *Calvinianis* præprimis in defectu peccare conſtituit; quin regiam potiùs, eamq; tutiſſimam rectamq; inſiſtendo viam nec exterminavit planè ex Baſilicis Imagines, nec tamen in venenum ſeductionis ad Idololatris

tricam adorationem propinavit: de quo toto negotio, ne in longam ejus tractationem excurram, videantur *Auguſtani Confeſſores* artic. XXI. edit. vulg. p. 20. in Cœleſtino Tom. 2. fol. 176. *Bachmanni* Theſ. de Imagin. *Balduini* **Bericht von Bildern** &c. *Bebel.* Eccl. Ev. & Jud. pag. 377. num. 84. *Brochm.* Syſt. Theol. fol. 21. a. Tom. 2. *Buntingi* Pædia Chr. part. III. Harmon. Evliſt. fol. 440. 441. *Joh. B. Carpzovii* Iſagoge ad. L. Symbol. p. 556. 1014. *Cauſæ* declin. Concil. Trid. pag. 141. *Chemnit.* Ex. C. Tr. part. III. pag. 222-362. p. IV. pag. 21-78. It. Theol. Jeſuit. de Imag. *Dannhaueri* Chriſteis art. 1. metam. 4. pag. 600. *Dieteric.* Inſt. Catech. p. 92. & in Sapient. Tom. I. fol. 970. &c. *Dreſſer* Millen. V. pag. 218. m. *Eraſm.* Euchirid. Milit. Chriſt. p. 56. b. pr. *Forſteri* Theſaurus Catech. dec. I. problm. 4. *Gediccus* pecul. Tr.

Joh.

Digitized by Google

Johann. Gerhardi Confeſſ. Cathol. art. XI. cap. 4. p.680. *Geſner* pro lib. Concord. diſp. XVI. cap. 3. p. 546-551. *Helvici* vindic. pag. 140 *Heshuſ.* 600. Irthům. art. XXX. *Höpfneri* Saxon. Evangel. ſect. III. part. 1. cap. 7. 8. 9. pag. 440-464. *Hülſemanni* Manuale A. C. diſp. XIIX. & XIX. 34. pag. 920-1053. 1330. *Jonas Aurelian.* de Cultu Imag. Tom. IX. Biblioth. PP. *Lauterbach* in Verit. Doctr. Luth. de Im. *Lobechius* in A. C. pag. 99. *Lyſeri* Calvin. cap. 1. pag. 116. *B. Meiſneri* Colleg. Adiaph. diſp. III. p. 46-62. *Menzeri* Exegeſ. A. C. art. XXI. p. 504. &c. it. p. 398. &c. *Nicephorus* contra *ἰκονομαχ.* Tom. IX. Biblioth. PP. Oſiandri Enchir. Pontif. cap. XX. qv. 3. p. 270. &c. *Pflaccheri* append. ad præc. I. *Platz* loco LXXII. pag. 444-447. *Reihink* Retract. part. II. art. 4. ſ. 4. pag. 588-612. *Rivandr.* Feſt. Chron. part. I. fol.

5. b. pr. *Salmuth.* ad Pancir. lib. I. tit. 32. pag. 130. m. *Schilter* de Im. *Spangenb.* Chron. Corinth. cap. LXIII. fol. 70. a. *Schindleri* Redintegr. pag. 22. 23. *Stegmanni* Chriſtogn. part. II. præloqv. dedic. pag. 28. *Taurerus* wider die Bildſtürmer. Tenzels Widerleg. p. 178. *Tribbechov.* ad Baron. exercit V. *à Vallo* Jeſuw. Geißel. *VVeber* de Converſ. Germ. conc. X. p. 144. *VVeſthemeri* Conciliat. pag. 467-496. *Theoll. VVitteb.* wider die Anhaltiſche Verantwort. pag. 12. 73-114. 160-178. 256. *VVülffer.* in Hiſt. Eliæ pag. 517. 518. *Zeemann.* im Uncathol. Pabſt. part. II. fol. 649 - 680. aliaq; noſtrorum *Scripta Anti-adiaphoriſtica* pluria, quæ vel allegare, vel exſcribere in præſenti non ſedet.

LIX.

RetinemUS itaq; ſine offenſione *Imagines*, & alias præterea *figu-*

ras

ras more majorum in *parietibus*, *po-ſtibus* ac *tectis* collocamus: (*a.*) ita quippe *poſtibus* olim inſcribebant Α ✱ Ω ad reminiſcentiam Χριςȣ̃ Ἄλφα καὶ Ὠμέγα *Apoc.* I. 8. uti ex antiquitate nuper edocuit *Sagitta-rius* in Tract. de Januis vet. cap. XXIIX. §. 18. p. 197. aliasq́ue inter *Literas Mnemonicas* refertur✱à quodā in diſp. de Lit. Mn. c. IV. a. m. (β.) Ita & moris erat Baſilicarum *valvis* appingere *Leones*, quod animal *omnium vigilantiſſimum eſſe ferunt, ut qui ſemper apertis oculis dormiat* (de quo quidem *Joh. Pierius Valer.* Hieroglyph. Lib. I. §. *Vigilantia Cuſtodiaq́;* fol. 3. 4.) *quo ſignificare voluerunt, Epiſcopum, Paſtorem Eccleſiæ non debere eſſe ſomnolentum, & ſegnem; ſed oculatum & acrem in rebus Eccleſiæ curandis, adeoq́; vigilantem adverſus mundi & Satanæ inſidias* juxta *Hoſpinian.* de Templ. Lib. II. cap. 27. fol. 293. & addit

Pie-

Pierius l. c. *Ad valvas igitur templo-rum, ſuſtinendis modò poſtibus, mod hyperthyris, modò pronais locorun ubiq; leones ſubjiciuntur, ut cum Ma ronis dicto, vel præcipuo potius Scri pturæ Dei præcepto Deos primùm ve nerari meminerimus; & nullam eſſ gentem tam efferam, neq; animun tam indomitum, qui non poſſit religio nis cicuratione beneficioq; mollir atq; miteſcere, ut nullum inde ſit onu detrectaturus.* ſ. Sacror. init. fol 16. B. C. itaq; videas hodienum æneas capitum leoninorum imagi nes in januis Baſilicarum aliorumq ædificiorum ſplendidiorum extare

LX.

(γ.) G*Allos* Turrium pinnis im ponebant, imponuntq hodienum, quòd ille

Auroram clarâ conſuetq voce voca

juxta *Lucretium* de rerum Na turâ lib. IV. circa med. pag. 49

V

Vigiles enim *ſunt noſtri nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoq́ʒ ſomno natura genuit: norunt ſidera & ternas diſtingvunt horas interdiu cantu: cum ſole eunt cubitum, quartâq́ʒ caſtrenſi vigiliâ ad curas laboremq́ʒ revocant: nec ſolis ortum incautis patiuntur obrepere, diemqʒ venientem nuntiant cantu; cantum verò ipſum pulſu laterum*, deſcribente *Plinio* Hiſt. Nat. Lib. X. c. 21. p. 458.

Ales diei nuncius
Lucem propinquam præcinit:
Nos excitatos mentium
Jam CHRISTUS ad vitam vocat.
Ferunt vagantes dæmonas
Lætos tenebris noctium
Gallo canente territos
Sparſim timere & cedere:
Inviſa nam vicinitas
Lucis, Salutis, Numinis
Rupto tenebrarum ſitu
Noctis fugat ſatellites.

Hoc

Hoc eſſe ſignum præſcii
Norunt repromiſſæ ſpei
Quâ nos ſoporis liberi
Speramus adventum Dei &c.

v. *Prudent*. Cathemerin. p. 42. &c. *Durand*. Rat. div. off. lib. I. c. 1. *Hoſpinian*. fol. 292. *Pier*. lib. XXIV. ſ. Excubiæ fol. 173. b. *Sebiz*. de Æſculap. cap. X. ſ. 2. pag. 51. pr. *Urſini* Acerr. Philol. Lib. II. num. 47. pag. 104. & num. 216. pag. 197. 198. (δ) Ita *Cruces* quoque in ſummitate earundem, & undequaque imponuntur, partim ob *Conſtantinianam viſionem* (de qua ¶. LV.) partim ad Eccleſiam in *cruce redemtam*, cruci ſubjectam, & ſub cruce militantem, intelligendum. Miraculum quoddam *urbis Apameæ beneficio crucis liberatæ* magno verborum & circumſtantiarum apparatu tradit *Evagrius* Hiſt. Eccl. Lib. IV. cap. 25. fol. 586. 587. adde *Cent. M.* V. c. 6. fol. 646. *Hoſpin*. l. c. *Procop*.

de

de Ædif. Inſt. pag. 672. (ε.) *Stellas* quocꝫ non rarò impoſitas & legas & videas, ad demonſtrandum partim *Verbum Dei in Eccleſiâ inſtar ſtellæ lucere*, partim *lucem Miniſtrorum aut etiam univerſi cœtus fidelium ita lucere coram hominibus debere, ut homines eam videntes glorificent DEUM PATREM Matth. V. 16.* juxta *Hoſpin.* fol. 292. 293. De cætero conf. *Eraſmi* Chil. IV. cent. 5. ad. 47. fol. 1079. *ſ. Cæcus & Claudus* edit. Hanov. fol. 183. a. f.

LXI.

(ζ) C*Armina* parictibus inſcribebant, quæ fundationem dedicationemvè poſteritati exponerent: ex queis unum aliquod præ reliquis valdè inſigne *C. Soll. Sidonius Apollinaris* juſſu *Patientis*, Antiſtitis, *extimis Baſilicæ Lugdunenſis* recens extructæ *parietibus* affigebat, *quum hexametris eminentium poëtarum*

tarum, Conſtantii & Secundini vici-nantia Altari latera clareſcerent, quo[d] & propter ſingularem venuſtaten[m] & ipſius Scriptoris raritatem inſe-rere non abs re viſum fuit : ita ergò ille :

Quisquis Pontificis Patrisq; Noſtr[i]
Collaudas Patientis hîc laborem
Voti compote ſupplicatione ;
Conceſſum experiere quod rogabis.
Ædes celſa nitet, nec in ſiniſtrum
Aut dextrum trahitur, ſed arce frontis
Ortum proſpicit æquinoctialem.
Intus Lux micat atq; bracteatum
Sol ſic ſollicitatur ad lacunar,
Fulvo ut concolor erret in Metallo.
Diſtinctum vario nitore Marmor
Percurrit cameram, ſolum, feneſtras,
Ac ſub verſicoloribus figuris
Vernans herbida crura ſaphiratos
Flectit per Praſinum vitrum lapillos.

Huic

Huic eſt Porticus applicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis ſuperba,
Ad cujus ſpeciem recentiora
Claudunt atria porticus ſecundæ,
Et campum medium procul locatas
Veſtit ſaxea ſilva per columnas.]
Hinc agger ſonat, hinc Arar reſultat,
Huc ſeſe pedes atq; eques reflectit,
Stridentum & moderator eſſedorum,
Curvorum hinc chorus helciariorum
Reſonantibus Allelujah ripis
Ad CHRISTUM levat amnicum celevſma.
Sic, ſic pſallite Nauta vel Viator
Namq; iſte eſt locus omnibus petendus,
Omnes quò via ducit ad ſalutem.

Extat hæc inſcriptio Epiſtol. Lib. II. 10. pag. 147. 148. quæ non carmen modò eſt, ſed ipſius quoq; ædificii ſtructuram ob oculos quaſi pingit.

LXII.

LXII.

ALia inſuper *donaria* (quæ & *Ana-themata*) à piis congerebantu ad Baſilicarum decus adaugendum quorum omnium hiſtoriam ſati prolixus exponit *Hoſpinianu* de T. lib. II. c. 24. fol. 262-273 Conf. *Platzii* Luc. ſuccis. loc. CIX p. 636-642. & *Quiſtorpii* Pia deſid ubi quidem mirè invehitur in ſign Militaria, noſtris Baſilicis nimium frequenter illata &c. pag. 39. 40 ita namqꝫ ex. gr. *Conſtantinus M* Baſilicam *Hieroſol.* cujus jamdum §. XLII. mentio facta, mandaba *exquiſito artificio perpoliendam quo artifices, quos operarios, quos ſu-mtus, quasve res alias vel ad decus illu-ſtriores, vel accomodatiores ad diu-turnitatem fore exſtimaret Macarius* illius t. t. Epiſcopus, *ad ſe diligente* perſcriberet, quò locus ille, qui facilè totius terrarum orbis primas

fer-

ferret, omnibus ornamentis illuſtraretur: teſtudo laqueata ſanctuarii inauraretur. Cujus præſcripti Imperatorii eventus nullâ interpoſitâ morâ proſperè ſuccedebat, atq; ita omne illud ædificium eximiis *columnis illuſtrabatur, atq; adeò variis cujusq; generis imaginibus condecorabatur.* Quibus, iisq; adhuc pluribus verbis Magnificentiam elegantiſſimam Auguſtæ illius Baſilicæ deſcribit *Euſebius* in vitâ Conſt. lib. III. cap. 29. 33. Addantur præter ſuperiùs dictos *Bellarminus* T. III. Controv. 4. lib. III. c. 6. fol. 468. *Bulling.* de Orig. Err. p. I. c. 21. pag. 102. &c. *Calvin.* Inſt. Rel. Chr. Lib. IV. c. 4. §. 8. fol. 416. *Cent. Magd.* III. 6. fol. 121. V. 6. fol. 645. *Pappi* Epit. H. E. pag. 210. *Stapleton.* Promt. Cathol. part. III. p. 286. ex quibus & facilè de aliis Baſilicis conſimilia judicare licebit, & ſuâ ſponte conſequitur, *nihil penè*

in

Digitized by Google

in toto orbe artificiorum extitiſſe, quod non magnâ ex parte ſua negotia ad quæſtum ſuum inde haberet & aleretur juxta *D. M. Lutherum* in Form. Miſſæ, Epiſcopo Cygneæ miſſâ Tom. II. Jen. Lat. fol. 517. a. pr. Conf. *Cunæ.* de rep. Ebr. lib. II. c. 12. p. 166. &c. *J. C. Dieteric.* Antiqq. Bibl. fol. 346. &c.

LXIII.

UT verò in erectis & excultis hôc pactô Baſilicis omnia decenter & ordine peragerentur, pro diverſitate hominum, eas intrantium in diverſas quoq; quaſi partes ſectæ, ſuæq; cuilibet aſſignatæ fuerunt ſedes: & primò quidem *Miniſtris* VERBI *Presbyterium*, quod & *Chorus* dicebatur, vel à *corona, in cujus modum plebs miniſtrum primitùs circumſtabant, & Pſalmos canebant concorditer*, juxta *Durandum* l. c. (cui quidem originationi etſi mini-

minimè ſubſcribatur, cùm comodior mox afferatur; non ſimpliciter tamen repudiatur, etſi adſpiratio interſeratur, cùm & *choronam* dixerint veteres, pro licentiâ ſuâ in hujus literæ *additione*, in verbis *coherceo*, *chenturio*, *harena*, *hululo*, *hulcus*, *hudus*, *hinſidiæ*, *honuſtus* &c. quam aliis vocibus pro lubitu quoque *ſubtrahebant* v. g. *irudo*, *ircus*, *œdus*, *umecto*, *oſtilius*: conferantur, ſi placet, *Dempſterus* in paralip. ad *Roſin.* Antiquit. R. lib. V. c. 36. p. 601. a. m. *Gellius* Noct. Attic. lib. IV. c. 1. p. 109. m. *Landinus* ad Virg. I. Georg. I. 218. 377. Aen. I. 232. *Mancinell.* ad Georg. I. 209. 228. 312. 337. III. 403. 454. & ex *Quintiliano* *Schrevelius* ad Horat. Sermon. Lib. I. ſat. 1. v. 74. ubi & *Chabot.* ad Epiſt. I. 16. 21. *Servius* ad Virg. Georg. 1. 228. III. 223. Æne. I. 173. 176. 276. 293. *Taubm.* ad Eclog. V. 36. Georg. I. 210. Aen. IV.

Digitized by Google

IV. 130. &c.) vel per *Metonymiam* contenti pro continente, quod *chorus* propriè *multitudinem canentium*, vel etiam *ſaltantium ſignificat*, autore *Servio* apud *Hoſpin.* fol. 74. a. f. & *Bullinger*. l. c. cap. IIX. parte 2. p. 220. a. m. prout & exponitur *Luc.* XV. 25. & reſpondet Ebræis מָחוֹל & חֶבֶל הִלּוּל juxta collationem verſionis LXX. *Kircherianam*. Atq; ſic à χορεύειν, aut, ſi mavis ἀπὸ τῆς χορᾶς, autore *Platone deducetur* v. *Becm.* Orig. p. 373. *Funger.* Etymol. Tril. p. 184. 185. *Martinii* Lex. Philol. fol. 450. m. *Perotti* Cornuc. fol. 781. pr. *Ravanell.* Biblioth. S. T. I. fol. 435. b. m. pari ſc. fato cum vocabulo *Eccleſiæ*, uti §. III. dictum. Ita ſtatuit *Concilium Turon. II.* ut *laici ſecus altare, quo ſancta Myſteria celebrantur, inter clericos tàm ad vigilias, quàm ad miſſas ſtare penitùs non præſumant, ſed*

ſed pars illa, quæ à cancellis verſo altare dividitur, choris tantùm pſallentium pateat clericorum: ad orandum & communicandum laicis & fœminis (ſicut mos eſt) pateant Sancta Sanctorum canon. IV. Tom. 1. Concilior. fol. 71. B. & in *Caranzæ* Summa p. 340. pr. Conf. *Concil. Trident.* ſeſſ. XXIV. c. 12. in fine p. 315. p. *Calixt.* de Sacrif. Chriſti §. 62. 63. *Cent. Magd.* I. lib. 2. c. 6. fol. 117. V. 6. 646. VII. fol. 139. 140. *Dreſſer.* Millen. V. p. 184. 60. *Faſcic.* T. ad Ann. DXXIV. *Platina* p. 69. a. f. *Polydor. Virg.* de Inv. R. Lib. V. cap. 2. p. 475. *Proc.* de Ædif. Juſtin. p. 671. *Rixner.* de Comm. Laic. diſſert. I. Theodoret. H. E. lib. V. cap. 17. fol. 160. br. c. *Hildebrand.* in Enchirid. cap. II. p. 25. qui eundem & βῆμα, ἱερατεῖον dictum, in 3. partes, *Altare*, *Suggeſtum* & *Sedile* ſive *Exedram* diſtinctum fuiſſe probat p. 27. &c. Hanc diſtinctionem circa Conſtantini M.

tempora ſtatim incepiſſe, vide *Hoſpin.* fol. 76. 77. *Genebrardus* refert, *apud Græcos* Baſilicas in *V. partes* dividi, quarum 1. ἱερὸν βῆμα, *ſolis ſacerdotibus pervium* 2. ἱερατεῖον *clero & cantoribus, duo habens oſtia, & vela in utroq; oſtio interjecta.* 3. ἄμβων *pulpitum.* 4. ναὸν atrium populi, navim Eccleſiæ (inde enim Latini certam templi partem videntur navim nominâſſe) 5. imam partem, ubi ita à mulieribus viri ſeparantur, ut à nullo videri poſſint. v. Tom. XV. Biblioth. Patr. fol. 771. Quid *Solea* fuerit, peculiari libello curioſè perſequitur *Leo Allatius* in συμμικτ. pag. 154-174.

LXIV.

TOti itaq; plebi competit (2.) *Gremium*, quod & *Navis* (uti modò dictum) in quo modò *ſtabant* (vide *Auguſtin.* Tract. XII. in Joh. fol. 228. *Cyprian.* de orat. DN. fol.

fol. 240. *Kortholt.* comm. in Epiſt. Plin. p. 101.) modò *ſedebant* (vide elegans reſponſum Conſtantini ap. *Euſeb.* in ejus vit. Lib. IV. c. 33. fol. 400. verba habentur infrà §. CCXVII. adde *Cellot.* Hierarch. lib. VI. cap. 16. fol. 475. *Dannhauer.* Chriſteid. p. 189.) ſedentq; hodienum *viri à mulieribus ſeparati, honeſtâ* ſcilicet *utriusq; ſexûs diſcretione*, uti vocatur ab *Auguſtino* de Civ. D. lib. II. cap. 28. p. 260. Tomo 1. & lib. XX. cap. 8. Tomo 2. pag. 1048. quamvis poſteriorem locum de *Baptiſmo* explicare præſumat *Leonh. Coquæus* in comm. ad l. c. adducens pro ſe *Amalarium Fort.* & *Clementem Rom.* Conſtit. Apoſtolic. lib. II. cap. 57. *Cyrill. Hieroſol.* præfat. Catech. & *Philonem* de vit. Supplic. Cui prætereà libet, videantur *Centur. Magdeb.* V. c. 6. fol. 647. *Euſeb.* H. E. II. 16. fol. 41. & de vit. Conſt. lib. I. c. 46. fol. 335. m. *Flacius* de

Adiaphoris p. 164. pr. *Hoſpinian.* l. c. fol. 77. 78. *Kettembeil.* ad Albaſpin. I. 7. p. 103. *Kortholt.* l. c. p. 128. *Lal. Biſciola* Hor. ſucciſ. Lib. VII. c. 3. *Loſſius* in Acta Ap. fol. 330. *Micrologus* cap. IX. qui *viros* ad *meridiem*, *mulieres* ad *aquilonem* collocat pag. 26. 27. *Joh. Gerhard.* diſp. de Maronit. ſect. XI. §. 8. *Minatius* in Octav. p. 19. pr. *Procopius* de Ædif. Juſtin. lib. I. p. 670. *Ravanell.* Bibl. S. Tom. I. additam. fol. 184. a. m. *Rüelius* Specim. de Templis Format. part. I. §. 13-16. pag. 18-21. Sic rurſus in ſexu fœmineom *virgines* à *maritatis* ſeorſim collocat *Cellotius* l. c. *Hildebr.* l. c. p. 23. 24. qui & eum in finem locos ſuprà *porticus* excelſos conſtituit, quaſi nobis die Portkirchen pag. 24. pr. ac ſi à *Porticu* ſcil. hæc vox Germanica deſcendat: quamvis vel à *Portis* Baſilicarum, quibus imminent, quaſi Pfortkirchen / & cor-

corruptè Vorkirchen vocentur, juxta *Hoſpinian.* de Templ. fol. 80. a. m. vel etiam è vernaculâ ipſâ deduci queant, à particulâ empor/ quaſi locus Baſilicæ *in alto* conſtructus &c. ſeu hujus inſtituti non eſt Etymologiam Germanicam indagare, unum addere juvat quos porticus *Hildebrando* mulieres, eos hodie viros magis frequentare, *cum exceptione* tamen *potentium, nobilium, illuſtrium Principum.*

LXV.

C*Onſuetudine* enim *jam receptum, ut potentiores habeant loca honeſtiora, & ædificio ab aliis ſejuncta,* ajente *Matth. Flacio Illyr.* l. c. quæ *Capellæ,* & civitate Germanicâ donatæ Kapellen audiunt, aut à *caprarum pellibus, quibus tectas fuiſſe* aſſerit *Gloſſa Ordin.* in c. *Concedimus* de *Conſecr.* diſt. I. & ille, qui

altam capellam pro acumine ingenioli ad evitandum terminum latinum die hohe Geiß interpretabatur apud *Hildebr.* in Enchir. pag. 24. m. aut à *cappa S. Martini*, i. e. veſte, *quam Reges Galliæ in caſtris ſecum ferre ſolitos* refert *Durandus*, *Hildebr.* & *Hoſpin.* lll. ccc. adde *Martinii* Lexic. Philol. fol. 366. aut *quaſi capana*, quod *capiat paucos* prout ex *Barthol. Cartag.* Expoſit. Jur. Canon. lib. III. c. 37. affert *Martin.* l. c. aut quòd capiat λαὸν, quod σιδηρόξυλον adduxit *Fungerus* in Etymol. Tril. pag. 160. a, m. imò, ſi hunc transſultum ex unâ linguâ in aliam vitare velles, poſſes deducere ab eo, quòd *capiat popellum*, h. e. exiguum hominum Numerum. Verùm, nequè heic inſtitutum permittit diutius immorarier. Ab hâc voce deſcendit & *Capellanus*: poſteaquàm ſcil. & in hiſce capellis ceptum eſt ſacra celebrare miniſtros

ſtros earundem tali vocabulo denotabant, quod & hodienum *Diaconis* in vernaculâ reliquum manſit ut vocentur Capellâne / vel corruptè Kaplâne. *Capellas* autem ejusmodi, exceptis *Principum*, *Baronum*, aliorumq́; *Nobilium*, in ſuâ cujuslibet ſede locis peculiaribus, cumprimis videas *Dreſdæ* ad *D. Crucis*, & *Lipſiæ* in Baſilicâ *Nicolaitanâ* unam, & *Thomanâ* ſeptem, quæ ſplendidè exquiſitoq́; artificio conſtructas interiùs & exteriùs, earumq́; ultima ſuperiore anno ad finem exædificabatur. Ubi tamen non incongruè *videndum* monet *Flacius*, ne *ea potentiorum licentiâ nimis creſcerent, ac illi ſoli omnia in templis occuparent, extruſis ferè vel certè longius remotis tenuioribus: ſtruunt enim illi ſibi propemodum velut palatia quædam, in quibus vel ſtare vel ſedere, vel etiam jacere poſſent; quæ tamen ipſa loca, quod pejus eſt, ſæpè*

vacua & concluſa ſub concionis tempus ſunt, cùm intereà pauperes non habeant locum, ubi vel ſtantes rectè concionantem exaudire poſſent. Pertinet quoque ad decorum, ut omnia in templis in frequentiâ potiùs quàm in angulis & cryptis peragantur. l. c.

LXVI.

A Reliquo fidelium, virorum ac mulierum, cœtu ſeorſim quoq; ſtabant (1.) *Catechumeni*, qui nondum digni habebantur, ut ad ſacra propiùs admitterentur: conſiſtebant ergò quaſi in atrio, unde & peculiaris eisdem locus *Catechumenium* adſcribitur à *Paulo Diacono* Hiſt. Lib. XXII. apud *Hildebrand.* Enchir. pag. 22. 23 (2.) *Peccatores* item *notorii* ἐν νάρθηκι, *in ferulâ quaſi ſub exomologeſi flentes ſtabant, & ad intrantium fidelium pedes provoluti ſuæ deprecationis legationes eis injungebant*, ajente *Hildebr.* l. c. p. 22. f.

eamq;

eamq́; cenſuram nec ipſi Romanorum Imperatores Auguſti recuſabant, uti de *Phil. Arabe* §. XXXV. habetur, & ex divino *Ambroſii* verſ9 *Theodoſium* zelo abundè pateſcit. Quippe quùm hic irâ in *Theſſalonicenſes* ob *ſeditionem* percitus furibundam tuliſſet ſententiam, ut VIIM. *civium* absque diſcrimine interimerentur, adeoq́ nec mercatori, ne alterutrum filium necarent, deprecanti, optio concederetur, utrum minus diligeret, eligendi &c. aliaq́ nefanda, horrenda, miſeranda perpetrarentur, ipſeq́; quaſi re benè geſtâ *Mediolani* Templum adorabundus accederet, ibidum *S. Ambroſius*, ejus Urbis Epiſcopus *extra ſacra veſtibula obviam procedebat, vetabatq́; in templum intrare, purpurâ ejus prehenſâ in mediâ multitudine, reſiſte* ajebat, *virum enim impurum, & manus ſanguine innocenti ferè adhuc periniquè*

ſtillantes circumgeſtantem fas non eſt ante legitimam debitamq́ pœnitentiã, ſacram ingredi ædem, aut divinorum myſteriorum participem fieri. Videris mihi, ô Imperator, ignorare cædis abs Te perpetratæ magnitudinem, tantum totcædium ſcelus---Quibus igitur oculis intuebere Templum illius, qui eſt omnium Dominus? quibꝰ pedibus ſanctum illius calcabis? quî quæſo manus, injuſtâ cæde & ſangvine reſperſas extendere audes, & eisdem SS. Corpus Domini accipere? aut quomodo venerandum ejus Sangvinem ori admovebis, qui furore iræ jubente tantum ſangvinem tam iniquè fudiſti? Recede igitur, & ne conare novo ſcelere ſcelus antè editum augere; ſed accipe vinculum, quò ut ligeris, Dominus omninm cœlitùs ſententiam dat--- quibus obſequens Imperator ad Palatium revertebatur, ibiq́ *IIX. Menſium* pœnitentiam agebat; poſtmodùm *ipſis Natalitiis CHRISTI* non ingre-

di-

diebatur Baſilicam; ſed *in ædiculâ ſalutatoriâ* veniam ab Epiſcopo petens & vinculi relaxationem, cum ſponſione, legum criminalium executionem ultra XXX. dies differendi, ad Epiſcopi conſilium, recipiebatur: eoq́; peracto demum *Baſilicam* ingreſſus non *ſtans*, neq; genua flectens; ſed humi proſtratus ſuam penes DEUM culpam deprecabatur, & ſic cum reliquis fidelibus ad Sacra Dona offerenda & Myſteria participanda demum *intrabat in Sanctuarium, per omnia Viri DEI monitis obtemperans &c.* Quæ omnia, etſi admodum prolixa, prolixiùs tamen recenſentur à *Theodorito* Hiſt. Eccl. lib. V. c. 17. fol. 157-160. *Sozomeno* lib. VII. cap. 24. fol. 437-439. *Nicephoro* lib. XII. 41. fol. 802-806. qui & ipſam legem recenſet fol. 804. d. & cap. 43. exemplum ejus obſervatæ adducit fol. 808. uti & Theodoret.

cap. 19. fol. 161. Supereſt hodienum appellatio ejusmodi *locorum* in amplioribus Baſilicis, quos promiſcuè occupant, vel qui certis ſedibus deſtituntur, vel peregrè adveniunt, vel tardi nimis eas intraut, in Academiis præſertim.

LXVII.

Conveniunt itaq; in his Baſilicis ſuo quisq; loco, omnes cujusq; ſexus, ætatis ac conditionis homines, (α.) *vir ac mulier Actor.* V. 15. 1. *Corinth.* XI. 1. 5. XIV. 34. γύναια καὶ παιδάρια, (quod exprobraturus olim noſtris *Celſus* objiciebat, referente *G. F. Voſſio* comm. in Epl. Plinii p. 9. 12. f. *Zepper.* Politi. Eccleſiaſt. lib. I. c. 27. p. 287.) & *mulieres* quidem *vittatæ* ex *Apoſtoli* præcepto 1. Corinth. XI. 5. 13. ut inde opus haud habuiſſet, *Autor Faſciculi Temporum* hoc inſtitutum *Lino*, *Pontifici Rom.* tribuere ad

Ann.

Ann. Chriſti LXXIV. v. *Cent. Magd.* I. lib. 2. cap. 6. fol. 493. *Dreſſer.* Millenar. V. pag. 176. 2. *Flac.* de Adiaph. p. 164 *Ravanell.* Bibl. S. Tom. I. fol. 184. 185. *quod inſigne mendacium eſt, etiamſi id dicat Platina,* juxta *Baleum* in Actis Rom. Pont. claſſe I. pag. 4. f. quamvis & *has pudicitiæ causâ à nocturnis conventibus abſtinuiſſe* prodat *Voſſ.* l. c. p. 27. 28. (β.) *ſenior* ac *junior,* Act. XX. 9. *Cent. M.* l. c. (γ.) *doctus* & *indoctus* 1. *Corinth.* XIV. 16. 17. 23. 28. *Centur.* l. c. *Ravanell.* Tom. II. fol. 670. b. m. num. 3. (δ.) *viri unà cum mulieribus, obſcuri pariter & nobiles, uno ſpiritu, unâ animâ, Ejus nomen confeſſuri,* juxta *Euſeb.* H. E. lib. X. cap. 4. fol. 287. b.

Hîc ſenes & hîc juventus
Parvulorum & hîc chorus
Turba ſenum virginumq;
Simplices puellulæ
Valdè concordes pudicis
Perſtrepunt conventibus

uti

uti παρῳδεῖν libet ex *Prudentio* pag. 94. m. Conveniunt inquam *omnes ac ſinguli ejusdem religionis*, ſive *qui ſunt unum corpus de conſcientiâ Religionis & diſciplinæ veritate & ſpei fœdere*, uti ex *Tertull.* Apolog. c. XXXIX. fol. 876. affert & fuſè exponit *Zanchius* l. c. fol. 630. b. adde fol. 643. b. Utrum aliàs conſultum ſit, diverſæ religionis ſacra frequentare, multum perſvadere laborant *Ameſius* de Conſc. Lib. 4. c. 24. qv. 2. pag. 225. *Azorius* Inſtit. Moral. Lib. IIX. cap. 27. qv. 5. Tomo I. fol. 407. *Becanus* in Manuali lib. V. cap. 4-7. pag. 452-456. *Gregorius de Valent.* in 2. 2. Thomæ diſp. 1. qv. 3. p. 2. fol. 407. ſeqq. ſed multum eis reſponderunt *Brochmandt* Syſt. Theol. artic. X. cap. 10. qv. 14. Tomo 2. fol. 49-50. *Hutterus* LL. CC. art. XXXI. qv. 5. fol. 976. ubi & *quæſtionem, de Coactione Magiſtratûs ad obeunda hæreti-*

Digitized by Google

ticorum ſacra decidit fol. 977. Adde *Bened. Carpzov.* Definit. Ecclſt. Lib. II. tit. 17. def. 266. fol. 402. &c. *Abr. Scultet.* de Precat. cap. XXVII. p. 180. ita *ab hæreticis eulogias accipere, cum eis aut ſchismaticis orare,* interdicitur tam *clericis* quàm *laicis, capp. Græcar. Synodor.* LXXI. Tomo 2. Concilior. fol. 116. f.

LXIIX.

COnveniunt in eâdem Baſilicâ, qui in ejus viciniâ habitant, nec ſanctior in ſeipſâ una habetur præ aliâ, ac ſi in illâ vel iſtâ ardentiùs orare, ac certiorem exauditionis ſpem concipere liceat, quàm in hâc vel aliâ &c. quod purum putum eſt Papicolarum Commentum, quô incruſtare nituntur ſuperſtitioſas illas *Peregrinationes* ad ſic dicta *loca ſancta* hîc vel illic: etſi quippe à *Cleto,* Pontifice *confirmatas* prodat autor *Faſciculi Templ.* 84.

etſi

etſi quoq; antiquitatis pallio tegere laborent, aliquot argumentis ex V. T. ementitis, quin & exempla quæpiam hominum devotorum ſiniſtrè, imò peſſimè interpretando huc detorquere non vereantur, uti fecere *Bellarminus* Tomo 2. Controv. 4. lib. 3. c. 8. fol. 471. *Bejerlink.* Concion. Sel. XIV. p. 277. ſeqq. & ex *Jure Canonico*, 12. qv. 2. diſt. 40. c. *non eſt facilè* collegit *Alſtedius* Paratitl. Theol. p. 230. adde *Confeſſ. Petricov.* c. XC. fol. 2. p. 273. &c. *eas* tamen, *ut quæ ſingularis cujusdam cultûs, ſatisfactionis ac meriti opinione ſuſcipiantur, ſuperſtitioſas, ſupervacaneas, fruſtraneas & otioſas, multis modis pernitioſas in rē familiæ, famæ, valetudinis, corporis atq; ſalutis: contumelioſas in Chriſti Meritum, contrarias Verbo Dei & naturæ N. T. affines Ethnicorum & Turcarum ſuperſtitionibus; ipſorummet* deniq; *Pontificiorum Doctorum judiciis impro-*

probatas, *otioſas*, *periculoſas*, *pernitioſas*, *S. Scripturæ contrarias*, *à Judæis mutuatas*, &, quod agmen pulcrè claudit, *Satanâ autore in Eccleſiam introductas & confirmatas* ex publicis eorum ſcriptis abundè ſatis docuit, cui reſpondeant, ſi potuerunt; *D. Joh. Gerhardus* Confeſſ. Cathol. Lib. II. part. 2. art. X. c. 5. Tom. 3. à pag. 742 usq; 746. De cætero conferantur *Hildebrand.* de Precibus §. XXIX. p. 37. &c. *Hoſpin.* de Templ. lib. II. c. 29. fol 306-340. & Orat. de Ceremon. quæ libris de T. ſuffixa eſt, fol. 435. a. m. &c. *Voët.* diſp. part. II. 19. 20. p. 286. &c. à quibus ita deletæ ſunt ex viâ Chriſtianâ ſuperſtitioſæ talismodi peregrinationes, ut *nec vola nec veſtigium*, *neq; pes neq; caput* (juxta *Hadr. Jun.* Adag. fol. 340. m.) ampliùs appareant: imò Jovem lapidem jurare queas, neminem Sanctorum hanc viam unquam iniviſſe; quin

quin potiùs *originis Ethnicæ* eas ex ore *Polydori Virgilii* de Invent. Rer. lib. VI. cap. II. convicit *D. J. Gerhardus* l. c. libro & pag. ult.

LXIX.

ABeant quin ergo ſtulti peregrinationum miſellarum Patroni pariter & aſſeclæ ad *Limina Apoſtolica Romæ*, ad *S. Johannem in Laterano*, ad *S. Jacobum Compoſtellis*, ad *Sepulcrum Domini Hieroſolymis*, & quocunq; modò libuerit, ibiq; non tam Dei (quem hoc ipſo graviter offendunt) quàm fictitiorum Sanctorum opem, quantâ poterunt ope, efflagitent; ubi verò fruſtratos ſe deprehenderint, eant, & ſtipem, quâ domum remeare queant, petant à *Malifacio* (*Bonifacio*, inquam *IIX.*) qui *Indulgentias* ejusmodi *Jubilæi* nomine primus publicavit, easq; *plenas*, *pleniores*, *pleniſſimas*, &, ſi licuiſſet, pleniſſimiſ-

miſſimas quoq; credulo mundo promiſit. *Bulla* ejus extat in *Bullario Magno* Tomo I. fol. 204. a. f. b. pr. it. apud *Hoſpinian.* de Templ. fol. 314. a. f. Conf. *Balei* Acta Rom. Pontif. p. 236. &c. 269. &c. *Bejerlink.* Conc. ſel. III. p. 851. *Berneggeri* leçol. Lauretan. cap. XI. p. 150. Machiavelli Hiſt. Forent. lib. I. pag. 36. 45. *Rivandri* Feſt. Chron. parte I. fol. 103. 104. Sed admodùm vereor cum *A. S. Sannazario*, ne

Pollicitus cœlum Romanus ad aſtra Sacerdos
Per ſcelera & cædes ad ſtyga pandat iter.

dummodo interim ſubditorum auribus inſonet pervulgatum iſtud ex *Scholis Logicis*, quod eis oggeſſit *Bibliander* præfat. in Epl. Zvv. & Θεωρ. lit. E. 1. b. pr. *Dabitis aut Ferio* vos fulmine anathematis & irremiſſibilitatis: ſive enim quolibet *centeſimo*, ſive *quinquageſimo* ſive

ſive *vigeſimo quinto*, velut ſuperiore anno Romæ factum gaudebat Papa

(*quid non mortalia pectora cogis,*
Auri ſacra fames?)

Jubilæa illa iterentur & reiterentur & rurſum repeterentur, Papa tamen, *filius perditionis* (2. *Theſſal.* II. 3.) ſanctum ejusmodi (ceu jactitat) κειμήλιον, quod nunquam habuit, nunquam ſuis quoq; impertiri poterit, *indulgentias* nempe *omnium peccatorum, ad multa centena annorum millia*, (nempe ultra finem quoq; mundi, cujus duratio ne unum quidem ab initio ſtatim centenarium attingit, tantùm non in infinitas æternitatum æternitates, quot & quantas ne cogitare quidem detur: nam eò usq; ſi pertigerit nundinatio hæc FABULÆ DE CHRISTO (quæ blaſphema vox ex impio *ore Leonis X.* prodiiſſe narratur à *Gvicciardino* apud *Gerhardum*

Con-

Confeſſ. Cathol. Tom. I. in appendice p. 902. ex *Baleo* & *Ivelli* defenſ. Apolog. pag. 273. adi eundem l. c. Tomo 2. append. ad artic. 5. pag. 946.) tum demum ſeſe divitias totius mundi crederent corraſuros, ac futuros

Romanos rerum dominos multumq́ue potentes.

(Nunc enim *Stationes* modò habent, longè quidem diverſas ab iis, quas *vetus Eccleſia* ſic vocavit, uti videbitur §. CXIV,) Fumos autem indulgentiales, ne quem decipiant, dudum diſcuſſere, cumprimis *D. M. Lutherus* cùm theſibus illis, quibus, Deo dirigente, feliciter exordiebatur ruinam Papatûs; tùm paſſim in opp. *Acta Jubilæi* Witteb. Anno 1602. pag. 64. &c. *Bullinger.* de Scriptura Sacra lib. II. cap. 19. p. 99. a. *Cauſæ Declin. Concil. Trid.* pag. 119. 120. *Chemnit.* Exam. Concil. Trid. parte IV. loco 20. pag. 78-

147

147. *Cœleſtin.* Hiſt. Comit. Tomo 3. fol. 91. 92. *Fayus* Th. Theol. LXII. p. 287. &c. *Heshuſ.* l. c. art. XXXII. *Balth. Meiſner* pecul. tractatibus 2. de Indulg. *Pappus* Epit. Hiſt. Ecclſt. pag. 266. 952. &c. *Platz* luco ſucciſo, loc. CVII. p. 632. *Piccardus* Röm. Bienenkorb parte II. pag. 9. p. 126. ſeqq. *Scultetus* in Medull. Theol. Patr. parte III. pag. 313. Tenzels Widerleg. des Frommiſchen Widerk. pag. 167. 357. 461. &c. *Voët.* diſp. part. I. 19. 20. p. 286. 111. 66-68. p. 960. 1354. *Theoll. VVitteb.* in Fideli Admonit. cap. III. rat. 4. pag. 158. &c. *VVolffius* Lection. Memor. Tomo I. Cent. 15. fol. 831. *Abeant* quin ergo *vel in malam crucem*, ſi ita videbitur, & vel *peregini in patriâ* errorem ſibi familiarem reddant: indulgentias emendicent, ubi- & undecunq; libuerit; dummodo nos non turbent, qui noſtras Baſilicas piè frequentamus.

LXX.

LXX.

ATq; hæc de LOCIS ſacrorum publicorum in medium afferre, & ex incunabulis ſuis deducere viſum fuit, quos non incommodè *Adverbium Loci* appellare poſſes cum *Donato Theologico*, qui conſcriptus eſt de omnibus Orationis Chriſtianæ particulis, de Adverb. §. II. num. 1. pag. 69. m. f.

PARTIS PRIORIS
De
Sacris Publicis
CAPUT II.
DE TEMPORE.

Tempus eſt vel incertum, ſub perſecutionibus quoad dies, 71. horas, 72. ſigna. 73. vel certum v.g. *Dies* Dominicus 74-92. Feſtus. 93-110. Profeſtus 111. 112. *Hora* 113-117. *Signum* campanæ. 118-120.

LXXI

LXXI.

VIſis ſacrorum Locis ſuccedit eorundem *Tempus*, quod itidem vel *incertum* vel *certum* ſub triplici ratione, *Diei*, *Horæ* & *Signi* conſiderandum venit. Et *Dies* quidem in primitivâ Eccleſia *certi eſſe nequibant*, quùm nec *locos* fuiſſe, abundè conſtet ex antè dictis; quorum autem diverſitas diverſa quoq; dierum intervalla ſuapte ſponte inſinuat, uti patet collatione Dictorum Scripturæ ʃ. XV. &c. allegatorum, hiſtoriis item §. XIIX. ſeqq. adductis. Interim ob primorum Chriſtianorum fervorem, perſecutionumq; immanitatem nil oberit quin *quotidiana* fuiſſe credamus, quantum quidem à Perſequentium Tyrannide licuerit. vide *Actor.* II. v. 46. V. 42. 1. *Cor.* XI. *Baleo* Act. R. P. pag. 7. f. *Buchner.* ad Plin. Epl. §. 722. p. 191. f. *Cent. Magd.*

Magdeb. I. lib. 2. cap. 6. fol. 499. *Kortholt* in Epl. Plinii p. 99. *Voſſius* in eaſd. pag. 25. f.

LXXII.

HOras incertas quis fuiſſe negabit? interim (*a*) modò conveniebant *ante lucem*, uti Teſtis ſat conſpicuus eſt *C. Plinius* Sec. quando *Trajano Imper.* narrat, *hanc fuiſſe ſummam vel culpæ vel erroris* (ſic vocat Chriſtianiſmum) *quòd eſſent ſoliti ante lucem convenire* Epiſtol. Lib. X. 97. ad quam rurſus conf. *commentatores* modò citatos, & præterea *Catanæum* ad eand. *Bucholc.* Ind. Chronol. p. 153. *Bulling.* de Orig. Err. parte II. c. 4. p. 599. a. f. *Cent. Magd.* I. 2. 2. fol. 155. *Euſeb.* H. E. III. 27. fol. 76. 77. *Faſcic. T.* ad. Ann. CIV. *Hildebr.* de Prec. pag. 51. 52. 70. 71. 75. *Hoſp.* de Templ. lib. II. c. 22. fol. 257. *Kortholt* in Epl. Plin. pag. 104-107.

it. de Perſecut. Eccl. ſect. I. §. 56. pag. 73 - 89. *Minutius* in Octav. p. 19. *Rivand.* Feſt. Chron. part. I. fol. 7. a. pr. *Socrat.* H. E. lib. VI. cap. 8. fol. 715. *Sozomon.* H. E. IIX. 8. fol. 453. g. 454. *Tribbechov.* ad Baron. Exercit. III. ſect. 6. *Voſſius* l. c. multos in hanc rem allegat, v. g. *Tert.* in Apologet. fol. 805. *Euſebium*, Hieron. Oſorium, *Paulum Diac.* *Hiegon. Floriac.* & *Nicephorum*, quos omnes *uno*, *ſed firmo tibicine Plinio* *uſos* ait pag. 2. 3. 23. 24. 27. conf. *Gregor. Turon.* Hiſt. Franc. lib. II. cap. 7. pag. 55. pr. III. 15. 127. m. & *Joh. à VVouver.* ad *Minut.* l. c. pag. 118. 119. (β) Modò *per diem*, 1. *Theſſ.* II. 9. III. 10. 2. *Theſſ.* III. 8. conf. *Euſebii* verba ſuperiùs allegata §. XXII. (γ) *Horâ nonâ* Apoſtoli ad orandum petebant Templum, *Act.* III. 6. 7. 8. vid. *Joh. Majeri* Proth. Hieroth. cap. XII. pag 111. (δ) *Veſperi*, circa vel poſt *cœnæ tempus*,

Cent. Magd. I. 2. 6. fol. 493. lin. 39. (s) *noctu*, ut plur. metu perſequentium *Actorum* XII. 22. XX. 7. II. *Theſſal.* II. cc. vel etiam, quia *noctu* Dominus *reſurrexerit ac rediturus credatur ad judicandum*, velut ex *Deſ. Heraldi* notis ad Tertull. Apol. affert *Voſſius* l. c. p. 27. qui & poſteà multus eſt in adſtruendis hiſce Apoſtolorum conventibus nocturnis pag. 28-30. adde *Cruſii* Lucubrat. de Nocte & ejus officiis c. XXII. XXIII. XXIV. à pag. 414. usq; ad finem. *Cent. Magdeb.* X. fol. 283. *Tertull.* Apologet. cap. XXXIX. fol. 879.

LXXIII.

S*Ignis* antiqua Chriſtianorum Sacra *penitùs caruiſſe* nemo dubitabit; qui ſuperiora de Locorum, Dierum & Horarum incertitudine ac periculo perpenderit: quæ enim quaſi furtim ac raptim fiunt

eis haut opus eſt multis ſignis, ne adverſarius pede quaſi pedem premens ea reſciſcat: ſibi modò invicem tempus conveniendi notum erat, velut de *Locis* conſtabat §. XIX. XX. unde vix poterit *Amalario Fortun.* cap. XX. *Sonitus pulſatorum lignorum* admitti; quin potiùs cum Viro Magni Nominis *veriſimile* videtur, ſi ſignum aliquod admittendum foret, per *miniſtros & miniſtras annunciatum fuiſſe: nam oportuit occultari gentilibus id tempus, quod ligni pulſatione iis non minùs innotuiſſet quàm Chriſtianis: prætereà ea ligni pulſatio demum poſt Conſtantinum M. videtur introducta.* Vide de eâ *Ludovic. de la Cerda* Adverſar. ſacr. c. CXXXII. §. 23. ſunt verba *Voſſii* l. c. p. 25. m. Quid aliàs ſibi velit talis *ligni pulſatio*, quid ſit *Symandrum* & *Hagioſydirum*, quæ *ejus ligni figura &c.* optimè explicatum dedit *Magius* de

Tin-

Tinnab. cap. XV. pag. 74-81. cui addantur *Dannhaueri* Chriſteis act. I. phænom. 4. pag. 189. f. ex *C. Baronio* Annal. ad Ann. LIIX. num. 102. 103. Tomo I. fol. 610. 611. *Hild.* Enchirid. c. ult. pag. 67-70.

LXXIV.

C*Ertus* è regione ab initio ſtatim fuit *Dies Dominicus*, ſive qui & olim & hodienum *Solis*, vel *Solaris* audiit, à Planetæ ſcil. nomine, cui primæ illius diei horæ regimen adſcribitur, velut & reliqui cujusq; ſeptimanæ Dies ex *Hermetis Trismegiſti* iuſtituto nomina ex eisdem regiminibus adepti produntur unanimi Scriptorum voce, qui hanc rem literis conſignaverunt. Evolvantur, cui volupe, *Auſonius* in Eclog. de nom. 7. dier. pag. 138. *Aſtexanus* Caſ. Conſc. lib. I. tit. 22. §. 3. *Balduin.* Caſ. Conſc. lib. II. c. 3. cau 2. pag. 473. *Beleth.* Ration. div.

div. offic. cap. III. pag. 4. 5. *Calv.* in Lex. Jur. fol. 857. a. *Corvin.* F. L. B. part. I. pag. 203. b. pr. *Durand.* Rat. Div. Off. lib. IIX. Rubric. de Septim. pag. 184. b. i. f. *Egnatius* Racemat. cap. XXI. quæ extat in *Gruteri* Theſauro Crit. Tom. 1. pag. 344 - 349. *Hoſpinian.* de Feſtis Ethnic. c. V. fol. 46. b. 47. *Mantuan.* Faſtor. lib. 1. *Martinii* Lex. Philol. fol. 367. a. *Parrhaſius* de Quæſitis per ep. LXIII. apud *Gruter.* l. c. p. 816. 817. *Perottus* Cornucop. fol. 114. lin. 48. &c. *Pierius* Hieroglyph. Lib. XLIII. *Angelus Politianus* Miſcell. cent. I. cap. 7. apud *Gruter* l. c. p. 18. 19. *Polydor. Virg.* de Inv. Rer. lib. VI. c. 5. p. 492. 493. *Scheræ.* Miſcell. Hierarch. p. 212. *Spangenb.* Comput. Eccl. pag. 6. 7. *Stuckius* Antiquit. Conviv. præf. ad Lect. f. 1. *Joh. H. Urſin.* Anal. Sacr. vol. 1. num. 2. p. 330. 331. *Erh. VVeigelius* in Speculo Temp. Civil. cap. III.

§. 9.

§. 9. p. 15. *VVilkius ἑορτογραφ.* part. 1. pag. 102. *Schema regiminis* illius exhibent *Colerus* Oeconom. part. III. lib. 7. c. 54. pag. 113. 114. 115. *VVeigelius* l. c. *Pappus* Epit. H. E. ubi & è regione addidit *Computum Chriſtianorum & Judæorum* præcogn. Chronol. pag. 30. add. *G. J. Voſſius* de Idolol. lib. II. part. 1. cap. 34. ubi hoc inſtitutum ex *Dione* lib. XXXVII. *Xiphilino* & *Philandro* latiùs diducit pag. 489.

LXXV.

D*Iem* aliàs *Deum* faciebant Ethnici (v. *Apulej*. Metamor. lib. III. p. 194. edit. *VVouver*. ubi adde notas *Pricæi* pag. 159. pr. *Feſtum* de verb. ſignificatione v. *Mediusfidius* p. 98. lin. 15. *Plaut*. Bacchid. act. II. ſcen. 3. verſ. 21. ibiq; *Lambin*. fol. 329. e. & *Taubmann*. p. 555. b. 1. f. Conf. *Calvini* Lexicon Juris fol. 284.) & *Filium Jovis* (v. *Barth*. Adverſar. lib. V. cap. 6. fol. 220. unde

& *Dieſpiter* quaſi *Diei pater* ipſe Jovis cluebat (apud *Gell.* Noct. Attic. lib. V. cap. 12. pag. 144. *Horat.* Carm. lib. I. Od. 34. verſ. 5. & III. 2. 29. *Macrob.* Saturnal. lib. I. c. 15. fol. 58. lit. H. *Pier.* Hieroglyph. lib. 46. ſ. *Numen* fol. 345. b. *Perott.* Cornucop. fol. 20. 45. 66. 41. *Plaut.* Capteiv. act. IV. ſcen. 4 verſ. 1. ibiq; *Lambin.* fol. 182. d. *Roſin.* Antiqv. Rom. Lib. II. cap. 5. p. 141. pr. *Turneb.* Adverſ. Lib. XXC. c. 1. Tom. 3. fol. 910. 36. & opp. Tomo I. fol. 274. 32. 320. a. *Varro* de L. L. lib. IV. fol. 1063. 14. edit. *Sipontini* ſed edente *Scaligero*, pag. 19. pr. *Mauro* pag. 21. 40.) aut *Filium Solis* v. *Taubm.* ad Plaut. Amphitr. I. 1. 274. pag. 41. a. 2.

LXXVI.

SImiliter & *Solem* quoq; *Deum* etiam credebant (v. *Juſtin. Trogi* Epitom. Hiſt. Lib. I. cap. 10. ſ. 5.

&

& ad eum *Bernegger*. pag. 25. pr. *Voſſ*. l. c. cap. 2-17. pag. 309-392. *Tertull.* Apolog. fol. 842. m. Conf. quæ de *Sabæis* memorat *Hottinger* Hiſt. Orient. Lib. I. cap. 8. pag. 266. 267.) nominabantq; *Jovem*, (juxta *Macrob.* Satur. lib. I. c. 23. fol. 67. f. g. *Natal. Com.* Mythol. Lib. II. cap. 1. pag. 102. *Roſin.* l. c. p. 143.) aut *Filium Dei*. *Hunc* (Solem) *me vocare Boni* (i. e. Dei) *filium dicito, quem ipſum Bonum in hoc ſecū genuit comparatione conſimilem, ut quem ad modum ipſum in loco intelligibili ad intellectum, & ea quæ intelliguntur, ſe habet, ſic & iſte in loco viſibili ad viſum ſe habeat & ea quæ videntur*, ait *Plato* Dial. VI. de Rep. ſ. de Juſto in fine fol. 614. f. ex interpretatione & editione *Marſilii Ficini*. Confer. *Pier.* l. c. & *Rhodigin.* Lect. Antiqv. Lib. XIII. cap. 22. fol. 490. Ex hoc autem Platonis loco miram conjecturam facit *S.*

Auguſtinus Confeſſ. Lib. VII. cap. 9. §. 1. 2. &c. pag. 181-185. & ex eodem *Gabr. Bareletta* (ſacræ paginæ profeſſor celeberr. & omnium excellentiſſ. uti inſcriptio libri eum nominat) hunc ſcil. *Platonem moralem autorem eſſe* inſcriptionis laminæ, quam proprio ſepulcro inſeri curaverit, inventæ tempore Conſtant M. his verbis JESUS CHRISTUS, FILIUS DEI VIVI NASCETUR DE MARIA VIRGINE. CREDO IN EUM. O SOL SUB HELENAE ET CONSTANTINI TEMPORIBUS ITERUM ME VIDEBIS. in ſermone ſolenniſſimo XIX. de Temp. ſuper Reminiſc. pag. 45. a. 2. f. b. 1. quam quidem alii SUB IRENES ET CONST. TEMP. &c. efferunt v. *Legend. Sanctor.* ſive *Hiſtor. Lombart.* in Chronica fol. CLXXIII. a. 2. f. b. 1. *Sabellic.* Ennead. IIX. Lib. 9. Tom. 2. fol. 53. b. m. *VVolff.* Lection. Memorabil. Tom. 1. Centen. I. fol. 4. b. ſed hæc ulteriùs perſequi ratio

inſtituti non permittit: ergo per circulum ad diem ſolis remeetur.

LXXVII.

Appellatio hæc Diei ſolis *utrum inter Chriſtianos* hodienum tolerari, an verò proter originem ethnicam & gentilismum, quem redolere nonnullis videtur, exterminari *l. de jure* debeat, *vel commodè* poſſit, adhuc controvertitur. Simpliciter aboleri nomina & hujus & reliquorum dierum voluit *Philaſtrius* (in libro de Hæreſ. *ubi multa quidem inter hæreſes refert, quæ hæreſes non ſunt, ſed vel erronea duntaxat, vel etiam vera*, quam cenſoriam notam ei adhibet *Voſſius* de Hiſtoric. Latin. Lib. II. cap. 9. pag. 201. f.) eorumque loco dici *primum, ſecundum &c. ſicut à Deo numerati ſint; nec in hâc vanitate nuncupationis turpiſſimæ initio enunciati aut traditi. Brouniſtæ in Angliâ & Belgio inter*

Digitized by Google

alias ſuæ ab Eccleſiâ ſeparationis cauſas hanc quoq; proferunt, quod mos iſte profanus abolitus non fuerit, uti ex *Hornbecii* ſumma Controv. Lib. X. refert, &, ut aboleantur, firmiſſimas ipſe rationes adducit *Joh. H. Urſinus* l. c. ubi quoq; ex *Schickardi* Aſtroſcop. *optat, ut aliquis ſiderum imagines, Ethniciſmum pariter reſipientes, refingat, easq; in ſacras transformet* pag. 331. Ad hoc inſtitutum ulteriùs conferantur *Baleus* in Actis Rom. Pontif. p. 24. f. *Baldin.* l. c. p. 473. b. *Beleth.* pag. 5. b. *Faber. Stapul.* comm. in *Marc.* XIII. not. 77. pag. 189. a. pr. *Matth. Faber.* Meditat. 1. pag. 330. *Finck.* Can. Theol. Cent. IV. Meditat. 4. §. 4-8 pag. 292. *Franz.* de Interpr. SCR. præc. II. pag. 79. 80. *Heidfeldi* Sphinx. cap. IV. pag. 75. 76. *Spangenb.* Comput. Eccleſt. l. c. adde *Hoſpinian.* de Feſt. Jud. cap. I. de ſept. fol. 3. b. f. & Feſt. Chriſt. cap. IIX. fol. 24. 6.

LXXIIX.

Digitized by Google

LXXVIII.

SEd retineri ſano ſenſu poteſt & ſolet, quòd eô poſt tenebras paſſionales exortus nobis fuerit *Sol verus, unicus*, Unus unius Dei Filius, Redemtor generis humani lapſi, JEſus Chriſtns: *Sol*, inquam, noſter *&* *clypeus* (*Pſalm.* LXXXIV. 12. ubi Conf. *S. Hieron.* fol. 123. b. pr. & *Hofmeiſt.* Panace. pag. 40. 121. 448.) *Sol Juſtitiæ*, (*Malach.* IV. 3. v. *Ambroſ.* ſerm. LXII. fol. 251. d. *Auguſtin.* de Temp. ſerm. LIX. fol. 263. e. & Epiſt. CXIX. ad Jan. cap. 5. pag. 586. f. *Cyprian.* ſerm. VI. de Orat. DN. fol. 242. f. *Glaſſ.* Onomatol. Meſſiæ prophet. claſſ. IV. num. 8. §. 3. pag. 195. 196. & Philol. Sac. Lib. V. tract. 1. cap. 8. Tom. 3. pag. 176. *Fr. Jun.* Parallel. Sac. lib. 1. num. 55. pag. 124. 125. *Pontan.* Progymn. Latin. Lib. III. 2. pag. 443. f. *Rava-*

mell. Biblioth. S. Tom. II. fol. 1120. a. m. *VValthe.* Poſtill. Harmon. ſuper Dom. XVII. poſt Trin. §. 49. pag. 707. *VVeitz* Heortolog. pag. 330) *Sol verus & dies verus*, uti *Cypriano* audit l. c. fol. 242. f. *Oriens ex alto*, (*Luc.* I. 78. ibiq; *Aret.* fol. 53. *Toletus* annot. CLXII. fol. 140. 141.) *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* *Joh.* I. 5-9. adde IIX. 12. IX. 5. XII. 35. 36. 46. it. *Eſai* IX. 1. XLII. 6. XLIX. 6. LX. 1. 3. 19. unde non incommodè *B. Aretius*, *copioſa*, inquit, *ſit lux oportet, quæ tot myriadibus ſufficiat: liberalis, quæ ſine invidiâ omnibus ſe inſinuat, ſine reſpectu perſonarum omnes admittit* comm. in Joh. fol. 143. pr. adde *Finck.* Can. Theol. Cent. IV. cap. 93. pag. 193. ſqq.) *cujus facies ſplendet inſtar Solis, cùm eſt in vigore*, (*Apocal.* I. 13. 14. ubi rurſus appoſitè *Aretius* obſervat: *non occidenti, neq; orienti ſoli*

conferri

Digitized by Google

conferri, quo tempore radii debiliores ſunt; ſed meridiano, quò perfectionem indicat fol. 152. num. 10. Conſ. *Apoc.* X. 1-23. & *Aret.* fol. 197. *Martinii* Lex. Philol. fol. 3670. *Pier.* Hieroglyph. Lib. XLVI. §. *Numen.* fol. 345. b. *Sozom.* Hiſt. Eccl. lib. IIX. cap. 1. fol. 445. e. f.) Integram hanc comparationem ex profeſſo tractat *D. Joſ. Stegmann.* ſub rubricâ Sol Justitiæ, *ob virtutem* ſcil. (1.) *illuminativam eamq; puriſſimam, pulcerrimam, ſubtiliſſimam, veriſſimam, ſapientiſſimam gratioſiſſimam, juſtiſſimam* (2.) *calefactivam* per *regenerationem, contritionem, dilectionem, devotionem.* (3.) *ſerenativam* tempore *tyrannidis, hæreſeos, belli, mundanæ afflictionis &c.* quæ ſingula more ſuo, i. e. oratorio fuſiſſimè diduxit in Chriſtognoſ. part. II. meletem. XXI. pag. 262-307. itaq; & *S. Ambroſius*, meram heic ſpirans ambroſiam, *Feſtum*

ſtum Nativitatis *Solem novum* vocari ſolitum tradit, &, quod ampliùs eſt, *ſolem illo die ſolito ſplendidius luxiſſe* contendit ſerm. XVI. Tom. 3. ſol. 235. qui & ſerm. LII. fol. 251. b. 1. pr. LXIII. fol. 255. h. de Feſto *Paſchatis* idem adſerit. Quò referas vel illud *Horatii*: *Et ſoles meliùs nitent*. Carmin. Lib. IV. od. 5. verſ. 8.

LXXIX.

VOcatur prætereà *Dies Dominicus* vel *Dominica* (itidem ob genuinum ac verum dominum I. C. eo pacto, quo & *Baſilicas* dicimus *Dominicas*, juxta verba ¶. XLVII. κυριακὸν apud. *Alſted*. parat. Theol. pag. 84. b. f.) Dies *Lucis*, *panis*, *regalis*. v. *Chryſoſt*. Homil. V. de Reſur. *B. Meiſneri* Colleg. Adiaphor. diſp. XI. ſ. 39. pag. 212. In Vernaculâ **Sonntag** / vel à *Solis* rurſum dominio, vel à Chriſto audit,

dit cujus denominationis rationem ex mente majorum Noſtror. adhuc Ethnicor. dum recenſet *Joh. Aventinus*, deßgleichen, infit, haben Sie Sein (des Tnitſcho) Weib/ Frau Sonnen in die Zahl der üntödtlichen Götter beſchrieben/ Sie eine Königin des Himmels/ nach Ihr den Tag Licht/ und den erſten Tag genennet: über Kräutern Kranckheit und Kindbetterin geſetzet: durffte keiner ſagē/ Sie gienge unter/ muſte ſprechen/ Sie gienge zu rüſt uñ Gnaden/ wie denn noch etwan das närriſche gemeine Volck meynet. Annal. Bojor. Lib. I. fol. 126. b. pr. (quæ ultima loquendi formula in regione metallicâ hujus Electoratûs inter plebem imam hodienum haud iufrequens occurrit.) vel, juxta alios, quaſi Sühn oder Verſöhne Tag/ quòd höc die per Reſurrectionem Chriſti è mortuis Deo Patri ſuerimus reconciliati:

ti: v. *Conr. Dieter.* Inſtit. Catech. quæſt. LXXII. pag. 115. pr. Quare autem *Andr. Fromm* eum den erſten Werckeltag in der Wochen vocaverit, ipſe meliùs explicet, oportet: interim v. *Jac.* Tenzels Widerlegung der Fromm. Widerk. pag. 170. 171.

LXXX.

S*Ucceſſit* autem Di[illegible] hic Dominicus *in locum Sabbati* ex inſtitutione vel *ipſius Domini* juxta *Alſted.* l. c. *Brochmand.* Syſt. Th. Tom. 2. fol. 41. 42. *Dannhauer.* in Decal. diſp. IIX. §. 7. *Dunte* Cas. Conſc. cap. X. ſect. 1. qv. 66. pag. 285. 286. *VVendelin.* Theol. Chriſtian. pag. 730. pr. vel *Apoſtolorum*, juxta *Auguſtin.* ſerm. CCLI. de Temp. fol. 346. *Balduin.* C.C. pag. 473. 474. *Buxtorff.* Inſtit. Cœn. §. XIX pag. 21. pr. *Bellarmin.* Controv. IV. Tomo 2. Lib. III. c. 11. fol. 476.

Canon.

Canon. Apoſtol. LXIV. pag. 27. *Joh. B. Carpzov.* Iſagog. p. 320. &c. 751. &c. *Chemnit.* Exam. Concil. Trid. part. IV. pag. 256. &c. *Dieteric.* l. c. pag. 114. *J. Gerhard.* Confeſſ. Cathol. Lib. I. part. 2. c. 5. pag. 368. b. *Hofmeiſter* l. c. p. 121. &c. *Hieron. Kromajer.* Theol. Poſit. ubi priorem opinionem prorſus rejicit, art. XIII. Theſ. 9. pag. 750. *Lobech.* in A. C. pag. 396. f. *Martinii* Lex. Philol. fol. 618. a. Micræl. Lex. Philoſoph. *voce* Dies. *Joh. Ad. Oſiand.* de Sabb. Moral. theſ. 35. p. 89. *Dav. Pare.* in 1. Cor. XVI. col. 1076. *Polydor. Virg.* l. c. pag. 492. &c. *Ravanell.* Biblioth. S. Tom. 2. fol. 924. b. pr. *Reyher.* Synopiſ. Philoſ. de Comput. §. LVII. pag. 415. *Reinking.* Regim. ſæcul. & eccl. cap. 2. §. 14. pag. 502. b. f. *Rivet.* Iſagog. pag. 466. &c. *Vedel.* Exercit. II. ad Epl. Ignatii cap. 7. *VVilk.* p. 100. *Zanch.* fol. 443. & 610. in ſpecie;

Petri

Digitized by Google

Petri, de quo *Paduan.* Caten. Temp. pag. 84. 85. vel *Eccleſiæ Primitivæ.* v. *A. C.* art. ult. de Pot. Eccl. p. 43. & in *Cæleſtino* Tom. 2. fol. 186. 187. *Aſtexan.* Cas. Conſc. Lib. I. tit. 22. §. 3. *Auguſtin.* & *Brochm.* l. c. *Catech. Rom.* part. III. cap. 4. qv. 14. p. 322. *Garth.* contra Becan. pag. 275. *Pare.* Corp. doctr. Catech. qv. C. III. p. 594. *Quenſted.* diſp. de ſabb. ſect. III. *VVeſthemer* Conciliat. SCR. p. 502.

LXXXI.

CAuſæ, ob quas primus hic ſeptimanæ dies præ quinq; reliquis loco Sabbati electus fuerit, variæ à Doctoribus aſſignantur: (*a.*) potiſſimam conſtituunt *pluria* illa ſingulariter *notabilia*, quæ hôc ipſô geſta commemorantur, ultimumq; eventurum creditur: quæ quidem ſingula ſuo ordine breviter, cum remiſſione autorum enumerare

merare libet. v. g. Die Solis vel Dominicâ (1.) *Mundus à Deo conditus fuit* v. *Aſtexan.* l. c. *Auguſtin.* de Temp. Serm. CLIV. fol. 302. CCLI. fol. 346. b. *Barelet.* ſerm. XLIV. lit k. a. pag. 97. b. 1. f. *Bucholcer.* Ind. Chronol. pag. 160. m. *Catech. Rom.* p. 322. *Cent. Magdeb.* II. cap. 6. fol. 160. 161. *Chaſſana.* Catal. Gl. M. part. XII. conſid. 42. fol. 536. b. f. *Angelus de Clavaſio* in ſumma Cas. Conſc. fol. 79. *Confeſſ. Petricov.* cap. LXXIX. fol. 243. a. f. *Flac.* Clav. SCR. part. 1. fol. 305. *Gerhard.* Harmon. Evangel. cap. CCVII. fol. 2093. & Homil. part. II. dedic. ubi ſingulis S. S. Trinitatis Perſonis peculiare hujus diei opus tribuitur. *Gregor. Turon.* Hiſt. Franc. Lib. I. cap. 23. pag. 18. m. *Hackſpan.* Miſcell. de Cabb. §. 39. p. 314. &c. *Hofmeiſter* pag. 122. *Hoſpin.* de Feſt. Jud. cap. III. & IIX. fol. 10. a. 23. b. f. *Iſidor. Hiſpal.* de Eccl, O. lib. I.

cap.

cap. 24. *Kortholt.* in Epl. Plin. pag. 99. *Pelarg.* ad Damaſcen. de O. F. lib. IV. c. 17. pag. 236. a. *Perer.* in Gen. cap. 1. *Pontan.* prog. Lat. Lib. IV. 76. pag. 1228. f. *Ravanell.* Biblioth. S. Tom. 1. fol. 745. b. f. *Reink.* l. c. *Scheræ.* p. 208. *Zanch.* fol. 610. a. f. (2.) Ipſe quoq; *à Deo ſanctificatus, & in ſtatu integritatis ſacer futurus* traditur à *Franzio* Schol. Sacrific. diſp. I. §. 11. 12. (3.) *Iſraelitæ per mare rubrum traducebantur*, juxta *Auguſtin.* & *Pelarg.* l. c. (4.) *Lex promulgabatur*, *Bareletà* l. c. (5.) *Manna de cœlo pluere incipiebat*, *Aug. Iſid.* & *Pelarg.* lll. ccc. (6.) *Primitiæ frugum offerebantur*, *Gerhard.* Harmon. l. c.

LXXXII.

(7.) HOc eôdem Die JEſus Chriſtus fuit *incarnatus* v. *Barel.* l. c. & §. XCIV. (8.) *natus* *Anton. Flor.* ſumm. lib. I. 2. tit. 9. cap. 7. §. 4.

§. 4. *Chaſſanæ.* & *Scheræ.* l. c. (9.) *circumciſus*, juxta eosdem & *Luc.* II. 21. (10.) *à Magis adoratus*, *Pelarg.* l. c. (11.) *baptiſatus*, *Aug.* l. c. & ſerm. XXXVI. fol. 250. *Niceph.* Hiſt. Eccl. lib. XIIX. cap. 53. fol. 1164. h. (12.) *miraculum Canæ in nuptiis fecit*, *Ambroſ.* ſerm. XXII. fol. 237. 238. *Aug.* & *Pel.* l. c. (13.) *aliud item de V. panibus & II. piſcibus Auguſtin.* l. c. (14.) *deſcendit ad inferos Barel.* l. c. (15.) &, quod cum primo membro palmarium eſt, *reſurrexit à mortuis*: v. *Albert. Magn.* in Apocal. cap. I. viſ. 101. 1. lit. h. *Alſted.* pag. 84. b. f. *Ambroſ.* de Miniſt. P. cap. 2. fol. 163. g. & ſerm. LXII. fol. 255. d. *Ameſ.* de Sabb. pag. 71. *Aret.* in Apocal. fol. 151. *Auguſtin.* de Civ. D. Lib. & cap. ult. pag. 1113. Epiſt. CXIIX. ad Januar. c. 13. p. 593. ſerm. de Verb. Ap. XV. fol. 85. B. & de Temp. CXXXVI. fol. 296. a. CLIV.

302.

Digitized by Google

302. a. CCLI. 346. b. *Barelet*. l. c. *Bellarmin*. l. c. fol. 476. *Barth*. Adverſar. lib. XIIX. fol. 892. *Balduin*. l. c. *Botſacc*. Moral. Gedan. fol. 926. *Brochm*. & *Buch*. l. c. *Calixt*. Program. Paſchal. ſſ. 1-5. *Calvin*. Inſtit. Rel. Chr. lib. II. cap. 8. §. 34. fol. 142. *Caſſiodor*. Tripart. lib. I. cap. 9. *Catechiſm*. *Rom*. pag. 322. *Centur*. *Magdeb*. I. lib. 1. cap. 6. fol. 343. lib. II. cap. 6. fol. 115. VII. 6. fol. 165. *Chaſſan*. l. c. *Chemnit*. LL. Tom. 2. de Lege fol. 54. 55. *Clavaſ*. & *Conf*. *Petr*. l. c. *Corvin*. l. c. pag. 203. b. pr. *Cyprian*. Epiſt. Lib. III. 8. fol. 83. m. *Dieteric*. Inſtit. pag. 114. f. *Funger*. Etymol. pag. 261. b. pr. *Garth*. contra Becan. pag. 276. m. *Gerhard*. Harm. l. c. & in Apocal. pag. 9. *Gregor*. *Turon*. l. c. *Hieron*. Epiſt. *CXXXIIX*. fol. 189. b. 2. m. *Iſidor*. *Hiſpal*. de Eccl. O. lib. *I*. cap. 21. *Kortholt*. & *Kromaj*. l. c. *Legendæ* fol. 15. b. 1. m. *Lobech*. l. c.

l. c. *Martinii* Lex. Philol. fol. 618. m. *Oſiand.* de Sabb. pag. 107. 112. 113. *Paduan.* l. c. *Pareus* Corp. Dr. qv. CIII. pag. 595. & 1. Cor. XVI. 2. col. 1076. e. *Pelarg.* & *Polyd.* l. c. *Polanus* Synt. Theol. Lib. IX. cap. 32. Tom. 2. col. 4147. a. *Quenſt.* & *Quiſtorp.* l. c. *Ravanell.* Bibl. S. Tom. I. fol. 604. a. 745. b. 984. *Reink.* & *Scheræ.* l. c. *Magnif. DN. D. Joh. Ad. Scherzerus* in Colleg. Autor. Trimeſtr. III. codic. 27. *Sixt. Sen.* Biblioth. S. Lib. VII. hæres. 10. fol. 669. a. *Stapleton.* Promt. Cathol. pag. 487. m. *Tribbechov.* ad Baron. Exercit. I. ſect. 3. *VVeſthemer.* Conciliat. pag. 502. *Zanch.* l. c. & fol. 614. a. f. b. Conf. §. LXXIIX. LXXIX. IIC.

LXXXIII.

(16.) Eodem, ut & octavo pòſt *die* Diſcipulis *apparuit Joh.* XX. 1. V. *Auguſt. Brochm. Confeſſ. P. Dieter.* &

VVendel. l. c. (17.) ſimulq; *Miniſterium Ecclſt.* inſtituit. *Conf. P.* & *Gerh.* l. c. (18.) Spiritum S. miſit, *Aug. Barel. Bell. Clavas. Iſid. Oſiand. Paduan. Schera: VVendelin.* l. c. *Franz.* de Interpr. SCR. orac. XXXII. p. 1129. (19.) Johanni *in Pathmo* Apocalypſin *reſeravit*, uti ſubſeqv. ſ. LXXXV. dicetur fuſiùs. (20.) & tandem hoc ipſo die Dominico, veluti inſtitutio & reſtitutio facta, ita & deſtitutionem futuram, ſ. *ad extremum judicium reverſurum*,

Cum vaſta ſignum buccina
Terris cremandis dederit,
Et ſciſſus axis cardinem
Mundi ruentis ſolverit;
Inſignis ipſe & præminens
Meritis rependet congrua,
His lucis uſum perpetis
Illis Gehennam & tartarum.

ad quibus verbis ultimum illum adventum deſcripſit *Prudentius* in Cathemer

themer. pag. 105. 106.) piè crediderunt & tradiderunt *S. Auguſtin.* ſerm de T. CLIV. fol. 302. conf. de Civ. D. l. c. Confeſſ. lib. XIII. 36. pag. 467. & *S. Hilarius* proœm. Pſalter. citante *Pelargo* ad Damaſc. de O. F. p. 237. a. ad quos ulteriùs conf. *Aſtexan.* & *Barel.* l. c. *Iſidor. Hiſpal.* Origg. Lib. IV. cap. 17. fol. 31. a. f. *B. Meiſner.* Colleg. Adiaph. diſp. XI. §. 32. pag. 211. 212. *Paduan.* & *Perer. Rupertus Abb.* de Div. Off. Lib. VII. c. 13. fol. 95. m. *Vejel.* de Eccl. Græc. pag. 11. *Voſſius* l. c. *Urſin.* Analect. S. vol. I. lib. 6. num. 18. pag. 341.

LXXXIV.

(β) ALiam immutationis cauſam deſumunt à *Liberatione de jugo Legis*, quod ad præciſè ſervandum Sabbati diem Judæos alligabat, & à Phariſæis nimium quantum urgebatur. *Ne* ergò *Judæi*

haberent quod cavillarentur de Perpetuitate ſuorum Sacrorum Leviticorum, *nec Ethnici*, unde Chriſtianis vel ſpeciem Judaiſmi objicerent, in *Dominicam* mutatum eſt Sabbatum, quod ſuâ naturâ ſignum erat; Meſſiâ autem in carne exhibito ceſſare debebat, prout præter prædictos multis explicatum dederunt *S. Ambroſ.* Epiſt. lib. IX. 72. & 77. fol. 76. c. d. 77. 80. c. *Auguſtana Confeſſ.* artic. ult. pag. 43. 44. in Cœleſtino fol. 187. *Bellarm.* Tom. 2. fol. 476. &c. *Brochm.* & *Calvin.* l. c. *Gerhard.* Harm. cap. CXIX. f. 1275. a. *Hieron.* l. c. *Hoſp.* de Feſt. Chriſt. cap. IIX. fol. 23. 24. *D. M. Lutherus* opp. Germ. Jen. Tom. IIX. f. 196. b. & Altenb. fol. 369. *Pareus* l. c. *Pezel.* Obj. & Reſp. part. III. pag. 167. 169. *Polan.* Partit. Theol. lib. II. pag. 195. m. f. *Zanch.* l. c. & fol. 781.

LXXXV.

Non

Non inſtitutus autem *modo primis* ſtatim *temporibus*, ſed *obſervatus quoque* fideliter, & devotè transactus fuit. *Ipſâ* quippe *Reſurrectionis luce*, quâ cepit hujus diei quaſi conſecratio, & octiduô pòſt congregatos Apoſtolos probavit §. XVII. & LXXXIII. Conveniebant utplurimum ἐν μιᾷ σαββάτων, *Act.* XX. 7. 1. *Corinth.* XVI. 1. 2. Per hanc autem noſtrum Dominicum intelligi & poſſe & deberi, vid. *Ameſ.* de Sabb. pag. 62. &c. 77. 80. &c. *Bedam* Tom. 2. opp. fol. 160. *Botſacc.* l. c. & fol. 299. a. m. *Brochm.* fol. 42. a. m. *Bulling.* contra Cochle. cap. 15. pag. 29. a. *Dieter.* Inſt. Catech. pag. 114. *Feſſel.* Adv. S. pag. 525. *Flac.* Clav. SCR. fol. 303. *Füller* Miſcell. lib. II. c. 9. pag. 224. *Gerhard.* Harmon. cap. LXI. in pericop. fol. 641. a. *Hoſpin.* l. c. fol. 23. b. *Kromaj.* pag. 751. *Pareus* in 1. Cor. l. c. *Rivet.* Iſagog. c. XXVII.

pag. 468. *Voſſ.* in Epl. Plin. pag. 25, 26. *Zanch.* fol. 610. b. ita *S. Johanni* in ſpiritu exiſtenti ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ divinitùs obveniebat revelatio, Apocal. I. 10. quâ appellatione non extremum judicium; ſed hunc noſtrum intelligi vid. *Albert. Mag.* in Apoc. l. c. *Ameſ.* de Sabb. pag. 73. 84. *Aret.* in Apoc. fol. 151. *Azor.* Inſtit. Mor. Lib. *I.* cap. 2. pag. 2. *Balduin.* l. c. *Baron.* Annal. Tom. *I.* ad Ann. 34. n. 52. *Bellarm.* Tom. 2. fol. 394. 463. 476. *Bez.* annot. maj. in Apoc. fol. 432. *Brougthon.* Concert. pag. 164. f. *Bulling.* ll. cc. *Franz.* de Interpret. SCR. præcepto *II.* p. 79. f. *Garth.* contra Becan. pag. 376. m. *Gerhard.* Conf. Cathol. Tom. *I.* gen. lib. *I.* part. 1. cap. 1. pag. 68. Harm. Evgl. cap. *CCII.* fol. 2085. Homil. parte *II.* dedic. & Comm. in Apocal. pag. 9. f. *Glaſſ.* Philol. S. lib. *V.* tract. 1. cap. 4. pag. 59. Tom. 3. *Hoſpin.* de

Feſt.

Feſt. Chriſt. l.c. *Martin.* Lex. Philol. fol. 618. m. *Oſiand.* de Sabb. pag. 113. *Paduan.* l.c. *Reink.* l. c. pag. 302. *Ribera* in Apol. fol. 46. 47. *Rivet.* l.c. pag. 469. *Scheræ.* p. 108. *Sixt. Sen.* l. c. fol. 667. *Viegas* in Apocal. *Voſſ.* & *Pare.* ll. cc. *Zanch.* l. c.

LXXXVI.

Conſuetudinem hanc ex Apoſtolicâ traditione ad hoc usq; tempus continuatam omnes Eccleſiæ per univerſum orbem terrarum diſperſæ tenuerunt (ut cum *Euſebio* loquar Hiſt. Eccl. lib. V. cap. 22. fol. 141. b.) fideli usq; cuſtodiâ, nec interrupto per ſecula ſtudio, uti ſingulorum ſeculorum non-injucunda fortè inſpectio docebit: omnia quippe adſcribere non placet: digitum intendiſſe ſufficiat. Et *PRIMO* quidem *SECULO* etſi per jam allata ſatis ſua conſtare queat fides, & *Johannes* ad ejus clauſulam, vel aliquid ul-

ultrà, in vivis permanſerit, (de quo *Carion* Chron. part. *I.* lib. 3. pag. 250. *Cent. Magdeb. I.* lib. 2. c. 10, fol. 572. &c. *Euſeb.* H. E. *III.* 14. 17. 22. 25. fol. 64 - 73. *Mollerus* præf. ad germ. Epiſtolas Ignatii. *Pappus* Epit. Hiſt. E. p. 121. &c. 326. &c. *Platina* pag. 11. a. f. *ſatisq; exiguus Scriptorum hujus ſæculi numerus exiſtat*, juxta *Varen.* Ration. Theol. ſæc. *I.* claſſ. *I.* pag. 25. m. & *Whear.* Releƈt. Hiſt. ſeƈt. 33. pag. 203. &c. prodeat tamen *S. Ignatius* SS. Apoſtolorum diſcipulus, & ex parte coævus, Ep. III. ad Magnes. ad quem conf. *Faſcic. Temp.* An. 34. 44. *Bucholc.* Ind. Chronol. pag. 151. *Oſiand.* de Sabb. pag. 22. 107. 116. 204. qui verba ejus recitant; it. *Quenſt.* de Sabb. ſeƈt. III. §. 11. *Sagit.* de Cruc. Mart. p. 33 - 35. 43. *Varen.* l. c. p. 28. m.

E SECUNDO prodeant *Dionyſius Corinth.* apud *Euſeb.* IV. 21. fol. 107

107. *Melito*, qui integrum librum de eo conſcripſit ap. eund. cap. 25. fol. 108. c. *Juſtinus Martyr* Apolog. II. fol. 182. vide *Ames*. de Sabb. p. 88. *Bucholc*. p. 168. m. *Catech*. Palat. p. 454. *Hoſpin*. de Templ. fol. 479. de Feſt. Chr. l. c. *Kortholt* in Epl. Plin. pag. 99. & de Perſec. *l*. 6. p. 76. f. *Oſiand*. de Sabb. p. 204. 212. *Zanch*. fol. 610. b. m. adde *Cent. Magd. II.* fol. 111. *Goulart*. Apophth. S. pag. 117. b.

è *TERTIO* prodeant *Tertullianꝰ* apud *Cent. Magd. II.* fol. 120. 137. & *Petrej*. Confeſſ. T. & C. p. 123. *Kortholt*. l. c. & *Rivand*. Feſt-Chron. part. 1. fol. 6. a. *Euſebius* Hiſt. Eccl. lib. IIX. cap. 17. fol 232. conf. VII. 18. fol. 198. a. *Theodoretus* H. E. II. 14. fol. 64. cujus verba ſuperiùs extant §. XXII. adde *Hoſpin*. de Templ. fol. 399. a. fin. *Oſiand*. de Sabb. pag. 205.

LXXXVII.

E QVARTO prodeant *S. Auguſtinus* Epiſt. XXIII. p. 91. & de Hæreſ. cap. XXIX. pag. 115. apud *Spangenb.* Hiſt. Manich. lib. II. cap. 23. *S. Ambroſius* Epiſt. V. 33. fol. 39. b. & Sermon. LXXXV. &c. fol. 266. *Concil. Nic. I.* can. 20. pag. 52. *Gangreſ.* can. 18. *Laodic.* can. 29. *Euſeb.* de Vita Conſt. lib. IV. capp. 18-23. *Niceph.* XI. 28. f. 714. *Socrat.* II. 23. & 33. fol. 579. & 605. g. adde *Camerarii* Hiſt. Syn. Nic. p. 46. m. f. *Cent. Magdeb.* IV. f. 410. 442. &c. *Dieteric.* Inſt. Cat. pag. 115. *Dreſſer.* Millenar. V. p. 181. *Durell.* de Rit. Eccl. Angl. cap. X. pag. 81. *Hild.* de Prec. §. XX. p. 66. *Hoſpin.* de Feſt. Chr. l. c. *Legendas* fol. 15. b. 1. *Mejer.* de Aſcet. p. 13. *Oſiand.* de Sabb. pag. 201. 206. 208. 209. 211. *Papp.* p. 181. *Ravanell.* Biblioth. S. Tom. I. fol. 984. b. m. *Vitas Patr.* p. 269. 328. 336. edit. *G. Majoris.* è

è *QVINTO* prodeant *Concil. Carthagin.* can. LXII. p. 254. *Evagr.* H. E. I. 3. fol. 491. *Gregor. Tur.* lib. I. 18. pag. 35. II. 10. 69. III. 15. pag. 124. 127. *Socrat.* H. E. VI. 8. fol. 715. *Theodorus Lector* Collectan. lib. I. fol. 182. adde *Cent. Magdeb.* V. fol. 647. 648. 651. 689. &c. 703. *Hildeb.* de prec. pag. 67. *Oſiand.* de Sabb. pag. 207. 210.

LXXXIIX.

E *SEXTO* prodeant *Concil. Conſtantinop. V.* Tom. 2. fol. 5. f. 19. c. 21. a. 26. c. *Aurelian. III.* can. 27. fol. 50. e. *Aurelian. V.* can. 20. fol. 76. c. *Matiſion. II.* can. 1. & 4. fol. 90. d. e. adde 92. d. e. *Cpltan. VI.* ſive *in Trullo* can. 19. 56. 66. 88. 90. *Gregor. Turon.* lib. V. c. 1. p. 226. IIX. 79. *Niceph.* XIIX. 3. fol. 1165. *Evagr.* VI. 12. fol. 623. f. g. *Theodorus Lect.* Coll. lib. II. fol. 187. b. c. adde *Decreta* Johann. III. Papæ,

Digitized by Google

quæ habentur Tom. 2. Concil. fol. 77. e. *Cent. Magd.* VI. fol. 314. 340. *Oſiand.* de Sabb. p. 207. 208.

è *SEPTIMO* prodeant *Concil. Antiſiodor.* Can. 16. & 42. fol. 95. 96. *Toletan. IV.* can. 6. 7. 8. 13. fol. 102. 103. *Braccar. I.* can. 4. fol. 111. *Capitula Græcar. Synodor.* num. 48. 57. 58. ibid. fol. 116. c. d. e.

ex *OCTAVO* prodeant *Gregor. Turon.* Hiſt. Franc. append. ſive lib. XI. cap. 108. p. 85. *Bucholc.* Indic. Chronol. p. 281. f.

è *NONO* prodeant *Decreta Zachariæ*, Papæ, quæ extant Tom. 2. Concil. fol. 103. it. *Concil. Moguntiac.* can. 36. fol. 116. d. *Rhemens.* can. 35. fol. 124. d. *Triburienſe* can. 35. fol. 147. c. adde ib. fol. 145. b. 153. f. 154. a. *Synodi Bavar. ſub Taſſalic* decret. 1. p. 131. adde *Aventin.* Annal. fol. 321. b. pr. *Oſiand.* de Sabb. p. 209. 211.

è *DECIMO* prodeant *Ditmarus*

rius in Chron. p. 47. m. 88. m. *Buchle.* Ind. Chronol. pag. 297.

EX *UNDECIMO* prodeant *Ditmarus* l. c. p. 146. 157. 158. 161. f. 174. 183. 225. m. *Lambertus Schaffnab.* de Reb. Germ. p. 146. b. pr. *Papp.* Epit. p. 256. f.

è *DUODECIMO* prodeat *Rupertus Tuit.* de div. offic. lib. I. cap. 36. Cent. Magd. XII. fol. 863.

è *DECIMO TERTIO* prodeat *Camerarius* Hor. Succis. Cent. I. cap. 83. p. 387. *Lampadj.* Mellific. Hiſtor. part. III. p. 309.

è *DECIMO QUARTO* prodeat *Durandus* Ration. div. off. lib. VI. cap. 96. ſeqq.

è *DECIMO QUINTO* prodeat *Concil. Conſtantienſe* ſeſſ. I. in introit. Tom. 1. Concil. fol. 101. e. v. Papp. p. 575. m.

LXXXIX.

E *DECIMO SEXTO* prodeant

Auguſtana Confeſſio l. c. *Conſtitutio Elect. Saxon.* &c. & in genere Scripta *Adiaphoriſtica* & *Interimiſtica* Kirchen-Ordnungen. *Honiger* Rer. Turcicar. part. II. pag. 302. m. *Inhibitiones* à S. Cœna, quæ habentur apud *diſcipul. de Temp.* num. XI. adde *Oſiand.* de Sabb. p. 213. *Zepper.* Politic. Ecclſt. Lib. II. 15. pag. 162. f.

SÆCULO verò huic noſtro *DECIMO SEPTIMO* ne fidem faciendo ſim operoſus, aurem vellicant *Imperatoriæ* & *Electorales* pariter *Conſtitutiones Ecclſticæ*, & ipſe *quotidianus uſus* (nec non addi poſſet, quod ſuperiore Anno, menſe Nov. de *inſtituto Regis Angliæ* referebant *Novellæ*:) invicti ſe Teſtimonii loco, quota-ſeptimanaquaqꝫ cuivis exhibet, exhibebitqꝫ (*credimus! optamus! ſperamus!*) quandiu ſancta & illibata per Dei Gratiam ſervabuntur Sacra Chriſtiano-

ſtianorum Publica: atq; ſic *annuatim & hebdomatim diebus Dominicis* ad ea congregamur, vocamusq; *Annum ritualem*, das Kirchenjahr/ juxta *Alſted.* Paratitl. Theol. pag. 289.

XC.

QUoniam verò non ſolis Diebus Dominicis, ſed & Feſtis & profeſtis conveniri ſolet, uti ſ. XCIII-CXII. docebunt; hinc varias ſortiuntur appellationes: v. g. (α) *ADVENTUS IV.* v. *Amalar. Fortun.* de Eccl. Obſerv. Lib. III. c. 40. Tom. IX. Biblioth. PP. fol. 361. d. *Balduin.* Ide. diſpoſ. Biblic. cap. XI. p. 288. 289. *Bernhard.* opp. fol. 1. *Brent.* Homil. I. pag. 2. 3. *II.* p. 11. *III.* p. 24. *Calvin.* Lex Jur. fol. 367. a. *Camerar.* Homil. Gr. L. pag. 7. *Chytræi* Faſt. Chriſt. Lib. *XII.* pag. 515. *Dieteric.* Analyſin 1. Advent. *Dreſſer.* de Feſt. Chriſt. p. 154. *Engelgr.*

Engelgr. Luc. Evangel. part. 1. p. 37. 38. *Faſcic. T.* 1. c. *Fhelav.* de Eccl. Gr. c. V. pag. 17. *Hoſpin.* de Feſt. Chriſt. cap. 8. fol. 104. *Mengering.* Informat. Conſc. p. 14. 15. *Micrológ.* c. *XXX.* p. 83. *Polydor. Virg.* de Inv. R. lib. *VI.* c. 8. pag. 507. pr. *Quiſtorp.* Pi. Deſid. *I.* pag. 3. f. *Rivand.* Feſt-Chron. part. *II.* fol. 1-4. *Rupert. Tuit.* de Eccl. Off. lib. *III.* per tot. *Lamb. Schaffnab.* p. 29. a. pr. *Scheræ.* p. 87. *Strackius* & *plurimi*, qui ſuper Evangelia ſcripſere. (β.) *Poſt Feſta NATIV. I. CIRCUMCIS. I.* v. *Rivand.* Feſt-Chron. part. *II.* fol. 15-17. (γ.) *poſt Feſtum Epiphanias*, *VI.* etſi pro diverſitate Anni Ritualis non omnes quotannis obveniant, quando ſcil. unus itemq; alter ultimorum poſt TRIN. pro Feſti paſchatos tempore omittitur, quod docent Aſtronomi & Calendariographi v. Tract. Calenderſchlüſſel per tot. De his autem

Domi-

Dominicis v. *Ambroſ.* Tom. 3. fol. 137. &c. *Bernh.* fol. 22. &c. *Ditmari* Chron. pag. 10 *Rivand.* l. c. ad. fol. 34. a. Eccleſia Græca numerat *Decimam*, *Nonageſimam* & *Octogeſimam* ante paſcha, referente *Fhelavio* de ſtatu Eccl. Gr. pag. 20. 23. Noſtræ verò numerant (δ.) *Septuageſimæ* I. *Sexag.* I. *Quinq.* I. (v. *Alſted.* Paratitl. Theol. pag. 413. 415. *Amalar. Fortun.* lib. 1. cap. 1-7. *Auguſtin.* Epiſt. *CXIX.* ad Januar. cap. 16. pag. 597. *Bellarm.* Tom. 2. Contr. 3. Lib. *II.* cap. 23. fol. 321. f. g. & *III.* 14. fol. 479. f. g. *Camerar.* l. c. Dreſler. p. 25. *Hoſpin.* de Feſt. Chr. c. *IIX.* fol. 32-38. *Kempius* de Eccl. Armen. cap. V. §. 13. *Microlog.* cap. *XLVII.* p. 108. *Papp.* Epit. H. E. præcogn. Chronol. pag. 22. *Rivand.* l. c. fol. 34. &c. *Scheræ.* Miſcell. p. 89. &c. (ε.) *Quadrageſimæ*, *VI.* *Alſted.* l. c. *Ambroſ.* ſerm. *XXIII.* fol. 238. &c. *Auguſtin.* l. c. cap. 15. p. 596. *Beleth.*

Rational.

Rational. div. offic. cap. *XII.* pag 16. & *LXXVII.* pag. 135. *Bernhard.* fol. 26. *Buchelc.* pag. 297. *Camerar* p. 95. 105. *Caſalius* de Rit. cap. *LXII.* pag. 3. 8-323. *Cent. Magd.* V. cap. 6. fol. 686. *Aug. de Ciavaſio* ſumma Cas. Conſc. fol. 284. *Confeſſ. Petrikov.* cap. *XCI.* fol. 283-300. *Ditmar.* Chron. pag. 73. *Dreſſer.* p. 36. *Faſcic.* *T.* Anno 34. *Fhelav.* p. 127. *Hildebr.* Enchir. cap. ult. p. 48. &c. *Hoſpin.* de Feſt. Chr. fol. 40-43. *Iſidor. Hiſpal.* de Eccl. Off. Lib. *I.* cap. 36. Micræl. cap. L. pag. 113. *Papp.* p. 22. *Schaffnab.* p. 209. b. *Schæra.* p. 89. *Vejel.* p. 40. Literæ initiales ejusmodi ſententiæ mnemonicæ fuerunt incluſæ, ita quidem ut prima vox incipiat à *Die cinerum* (de quo *Hildebr.* Enchir. p. 50. *Hoſpin.* de F.C. fol. 39. *Saubertus* in prodr. pag. 64. 5. *Scheræus* Miſcell. pag. 91.) usq; ad Dominic. Invocavit; reliquæ præter initiales, ſeptem ſuis literis

literis indicant VII. dies hebdomadales:

Mors Imperat Regibus: Odioſam Linguam Judicat Puniens.

Loco ejus enim, quod vulgò dicunt *Dominus*, placuit ſubſtituere vocabulum à P. incipiens, ad indigitandum *Palm.* ſin verò liberet tres paſchatis ferias addere, poſſet comodè per vocem *Rex* fieri; in vernaculâ ita efferunt:

Ins Richters Ofen Liegen Junge Palmen.

à *Palmarum* quippe Ramis, non à *Pſalmis* denominatur, quod tamen perperam vult *Breviarium Romanum* pag. 328. b. m. Cui de Dominic Palmar. plura lubent, videat *Alſted.* Paratitla pag. 413. *Beleth.* cap. XIV. pag. 161. b. *Bernhard.* fol. 34. *Bucholc.* p. 289. *Cent. Magd.* V. fol. 691. *Codinum Curopalat.* de Offic. Eccl. Cplt. Lib. X. & ad eund. *Gretſer.* Lib. III. cap. 4.

fol.

fol. 238 *Ditmar.* Chron. p. 125. *u*
Dreſſer. de Feſt. p. 45-49. *Hildebr*
in Enchir. p. 52. *Hoſpin.* de Feſt
Chr. fol. 45-47. *Iſidor. Hiſp.* de O.
E. lib. I. c. 27. *Rupert. Tuit.* lib. IV
per tot. *Schaffnab.* pag. 12. a. 104. b.
Strauch. de Catechum. *VVeiz.*
Heortolog. pag. 279. ſeqq. *Zanch.*
fol. 616. 633. &c. *Media quadrag.*
ſcil. Dominic. Lætare *in urbe Miſnâ*
pueri puellæve circumferunt ex ramu-
ſculis abiegnis confectam perticam,
additamentisq́; aliis ornatam, ac
oſtiatim canendo memoriam expulſæ
mortis renovant &c. quem morem ex
Poloniâ & Sileſiâ ob ejecta Anno 966.
idola ethnica manâſſe v. *Dreſſer.* de
Feſtis pag. 44. 45. quemq́; hodie-
num *Dreſdæ* obſervari in propatulo
eſt, ut & *in regione montanâ metalli-*
câ, ubi, ſi cui malè volunt, per-
ticam januis hinc inde per contem-
tum applicant, eôq́; ipſo mortẽ ſeſe
imprecari ſimulãt. (ζ) *poſt Paſcha VI.*
v. *Alſted.*

. Alſted. p. 9. *Bellarm.* l. c. fol. 480.
. Bernh. f. 40. *Finck.* Can. Theol.
ent. IV. p. 273. *Hoſpin.* de Feſt.
hr. fol. 64. *VVeber.* de Conv.
erm. p. 196. in ſpecie de Dominic.
n Albis v. *Chytra.* Faſt. l. III. p. 191.
Hildebr. Enchir. 57. de *Dominic.*
ogationum, *Alcimus Av.* in opuſc. p.
20. *Bernh.* fol. 41 *Centur. Magdeb.*
V. fol. 693. *Ditmar.* p. 146. *Dreſſer.*
. 72. *Hildebr.* Enchir. pag. 57. de
Prec. p. 63. *Hoſpin.* de Templ. fol.
98. *Serarius* in opuſc. *Clavaſ.* fol.
01. (*n*) *poſt Trinit. XXVII.* vide
Durand. l. c.

XCI.

HIc itaq; *Dies Dominicus integer* Sacris dicatur publicis, ſive *dividitur in officia Eccleſiaſtica*, juxta *Alſted.* Parat. Theol. p. 85. & *Platz.* ag. 79. a. m. ubi *ſciendum*, quòd *deò à S. Patribus noſtris conſtitutum t*, *Chriſtianis & mandatum; ut ma-ximè*

Digitized by Google

ximè in diebus Dominicis otium habe-rent, & à terreno negotio vacarent, ut paratiores & promtiores eſſent ad divinum cultum, cùm non haberent, quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentq; eo tempore terrenam ſollicidutinem, quò facilius poſſent DEI intendere voluntatem: inde ipſe Dominus per prophetam dicit: vacate & videte quoniam Ego ſum DEUS iccirco non ſit vobis moleſtum in Dominicis diebus divino ſtudere cultui --- Veniat igitur cuicunq; poſſibile ſit --- & oret ibi in conventu Eccleſiæ pro peccatis ſuis DEUM, in die verò nullus ſe à ſacrâ miſſarum celebratione ſeparet, neq; otioſus quis domi remaneat, cæteris ad Eccleſiam pergentibus; neq; in venatione ſe occupet & diaboli mancipetur offitio circumagendo campos & ſilvas, clamorem & cacchinnum ore exaltans (exhalans, fortè) non gemitum, nec orationis verba ex intimo pectore ad DEUM pr-

ſt-

ferens. Adhuc quoque quod deteſtabilius eſt, ad Eccleſiam aliqui venientes non intrant, non inſiſtunt precibꝰ, non expectant cum ſilentio ſanctam miſſarum celebrationem; ſed quando Lectiones divinæ intus leguntur, tunc ipſi foris aut cauſas dicere, aut diverſis ſtudent calumniis impugnare, aut nimiâ iracundiâ ſuccenduntur, aut amariſſimè rixantur. Hæc & longè plura pulcrè huc facientia verba ſunt *S. Aurelii Auguſt.* ſerm. CCLI. de Temp. qui ſanè ſermo integer apponi mereretur, niſi ejus prolixitas repugnaret, ita *S. Hieronymus* ſedulò confert celebrationem hujusce diei & Sabbati, Tract. IV. Epl. 138. quæ & ipſa integra Epiſtola apponi mereretur, fol. 189. b. 2. 190. a. 1. conf. & *Quenſtedii* diſſ. de Sabb. ſect. IV. qv. 1. & 2. qui ulteriùs quærit, *utrum itinera hôc die liceat ſuſcipere?* qv. 6. num *tempore meſſis frumentum metere & convehere?* qv.

H. E. VII. 40. fol. 336. *Optat. Milevit.* l. IV. p. 121. VII. p. 201. f. *Rixner.* de Rit. c. V. ¶. 3. p. 69-72. *Schaffnab.* p. 146. b. pr. *Sozom.* H. E. IV. 37. f. 328. VI. 26. 390. 391. *Theodorit.* H. E. II. 31. f. 88. e. IV. 2. 3. f. 137. c. d. *Zanch.* f. 631. a. ¶. *Secundum &c. ſed non &c. Poſtilla*, vox barbara, quaſi *poſt verba illa* &c. vix apponi meretur. v. tamen *Martinii* f. 128. pr.

CCXVII.

SAcer hic actus non competit *Laicis*, juxta Apoſtolum 1. Cor. XIV. 28. conf. *Auguſt. Confeſſ.* art. IX. *Concil. Cpltan. in Trull.* can. LXIV. p. 409. *Garth.* contra Becan. p. 143. 144. *Menzer.* Exeg. A. C. p. 370. &c. 385. Quäckergr. p. 215. &c. *Weſthemer.* Conciliat. p. 428. &c. multo minùs *Mulieribus* 1. Cor. *XIV.* 34. 35. *Concil. citat.* can. LXX. p. 413. f. *Gerhard.* C. C. T. 3. L. 3. p. 2.

a. VI.

Digitized by Google

a. VI. app. columm. 2. pag. 200, 201. Quäckergr. cap. VI. p. 230-232. *Reincking*. Bibl. Polizey Tit. a. axiom. 33. p. 83. 85. *Selnecc.* Ex. Ord. p. I. p. 25. 26. *Tertull.* de vel. Virg. f. 496. &c. quibus nec in ſtatu integritatis ejusmodi quid liciturum fuiſſe probat *Franz.* Schol. Sacrif. diſp. 1. ¶. 13. 21. nec quicquam præſidii peti poſſe ex loco Eſai V. 6. ubi *annunciatrices* promittuntur v. *Dan. Feſſel.* Adverſ. S. lib. I. 1. c. 14. §. 2. p. 74. pr. His enim utrisque auſcultandum, & ad concionem attendendum eſt *frequenter* ſ. magno numero (vid. ¶. *LXXVII.* & *CLXXXIII.*) quod mirum quantum dicentis animum excitat, exhilarat: *Congaudemus frequentiæ veſtræ*, (exorditur *S. Auguſtinus* alicubi) *quia ultrà quam ſperare potuimus alacriter conveniſtis: hoc ergo eſt, quod nos lætificat & conſolatur in omnibus laboribus & periculis vitæ hujus. Amor veſter*

ſter in Deum, & pium ſtudium, & certa ſpes, & fervor ſpiritus - - - & poſt pauca ubi invehitur in abſentes: *viderit hoc qui videt & aderit miſericordia ejus, ut ſalvet omnes; nos autem, qui convenimus, paſcamur epulis Dei, & ſit gaudium noſtrum ſermo ipſius &c.* v. plura Tract. VII. in Joh. f. 145. a. 2. f. b. 1. m. &c. Nec quisquam fortè neſciet, quantum

Excitet Auditor ſtudium!

β *diligenter* ſ. magnâ cum devotione quia *Verbum Dei eſt*, quod tractatur: *iterum atq; iterum rogo vos, ut qui ad Eccleſiæ alvearium, quaſi ad dulciſſimi Chriſti favum plenâ devotione concurrunt, velut apes prudentiſſimæ de diverſis ſcripturarum floribus intra cellulas præpararent, ubi ſancta & cœleſtia mella ſuſcipiant, perſeverent in opere bono & otioſas fabulas reſpuentes magis pſallere & orare conentur*, inquit *Cæſarius* Homil. *XXXIII.* p. 201.

p. 201. ap. Cent. Magdeb. VII. c. 6. fol. 142. *Oculis in tractantem* directis, non ad ſpectandas mulieres vagabundis. *Age attentiſſimum Te hodiè præbeas, ut quantâ peſte vexeris, perdiſcas; ſed primum audi, quid pſallere te oporteat*: dirigatur oratio mea ſicut in cenſum, in conſpectu tuo. *Quodſi non incenſum, ſed mordaciſſimus abs te graviter olens fumus aſcendat, quibus ſuppliciis dignus eris? Quis autem fumus iſte eſt tàm gravis atq; moleſtus? Multi ad formas mulierum adſpiciendas, ad pulchritudinem adoleſcentulorum curioſius intuendam in Eccleſiam veniunt -- hæc enim non fulminibus ſolùm, ſed etiam gehennæ ſupplicio digniſſima ----- Quid facis Homo? mulierum ſpeciem curioſius perſcrutaris, nec horreſcis tantâ templum DEI afficiens contumeliâ? Proſtibulumne tibi videtur Eccleſia & foro ignobilior? Nam in foro erubeſcis, etiam times, ne quis*

ii

te videat mulierem ſectari; in Eccleſiâ verò DEI, cum ipſe DEUS te allo-quatur & ab iſtis deterreat; eo ipſo tempore maximè fornicatione & adul-terio uteris, quô tibi magna voce into-natur, ut ab his fugias: nec horreſcis nec ſtupes? Verùm, ab impudiciſſimo theatro diciſtis hæc: vos illa con-tagioſiſſima peſtis docuit ---- Quo-circa Propheta quoq; id accuſans dice-bat: neq; oculi tui neq; cor bonum eſt &c. quæ & plura eleganter juxtà & graviter ediſſerit *Chryſoſtom.* ſeu quisquis *autor* eſt operis Imperfecti in Matth. homil. LXXIV. f. 136. adde *Engelgr.* Luc. Evangel. p. I. p. 110. ſeqq. Ita attentiſſimæ devotio-nis ergo *ſedere accuſabat piiſſimus Conſtantinus M. Imp.* & cùm ab Eu-ſebio admoneretur, *ut regali ſolio, quod ibi ſeſſionis causâ poſitum erat, ſe reclinaret: minimè* (inquit prædi-ctus Epiſcopus) *ceſſit noſtris precibus quin potius contento animo, quæ dice-*

ban

bantur, ſecum dijudicabat; & Theologiæ decretis teſtimonium dabat. Sed cum jam multum temporis fluxiſſet & nos longiores eſſemus finemq; facere ſtatueremus, hîc quidem ille adſtitit & ut omnem ſermonem abſolveremus, hortatus eſt. Rurſus verò ut ſederet, depoſcentibus nobis, ſubtriſti & ſeverò vultu reſpondit, nefas eſſe, inſtitutis de Deo diſputationibus negligentes aures præbere; ſibi verò inprimis utile, præſertim cum pium ſit, de divinis rebus diſſerentes, erectos audire. De vitâ Conſtant. lib. IV. c. 33. fol. 400. d. e. In *Angliâ* & Tractator & Auditor Loca Scripturæ allegata in ipſo S. Codice inquirunt; qui verò literas formare nôrunt, Sie mögen ſeyn Männer oder Weiber/ die ſchreiben die Predigten auf in ein beſonderlich Buch. Traun/ dieſe werden dermaleins wider unſere ſchläffrige Zuhörer auftreten &c. v. *Joh. Quiſtorp.* Pi. Deſid. p. 32, 33 cui conſimiliter

& ipſe

& ipſe in juventute ut facerem à B. Parente jubebar, & ſuperſunt ea adhuc domi manuſcripta: & ante hoc triennium concionem Sabbaticam ad D. Nicolai habens obſervavi puellam quampiam, quæ è regione ſuggeſtûs conſidens ſingula Scripturæ dicta à me allegata peculiari ſchedulæ mandabat.

CCXIIX.

V. *Silenter. Apud primos Chriſtianos ipſæ domus Eccleſiæ erant (unde Paulus Rom. XVI. 5. domeſticas ſalutat Eccleſias) nunc verò Eccleſia domus fit, imò domo qualibet profana magis. Nam in domô quidem ordo ſervari ſolet, hera thronum occupat omni cum venuſtate; famulæ tacitæ, ſedentes texunt. Hic verò magnus tumultus, magna confuſio nihilq́ à cauponâ differunt noſtrâ: tanta turba, tantus riſus, quantus in balneis, quantus in foro, clamantibus & tumultantibus omni-*

bus: neq; enim tonſtrina vel ungventaria Taberna Eccleſia eſt, aut officina forenſis, ſed locus Angelorum, locus Archangelorum, Regia DEI cœlorum: ita rurſùs *S. Joh. Chryſ.* Hom. 36. in 1. Cor. Quæ ubi adduxiſſet *Joh. Quiſtorpius*, piè ſubnectit, hier wird öffter von ſolchen Sachen geredet / als in den Häuſern / dahero ſie auch in dieſen Kriegesläufften zu Pferdeſtällen und Blockhäuſern verwandelt ſeyn / l. c. pag. 24. adde 29. 31. it. *S. Auguſtin.* Serm. CCLI. de Temp. fol. 346. cujus verba extant §. XCI. Man lieſet von einem Altvater / daß als er einsmals an einem hohen Feſte geprediget / und aber etliche Leute unter wärender Predigt häuffig mit einander geſchwatzet / da ſey der Teuffel in Geſtalt eines lumpenden Schreibers hinein in die Kirche getreten/habe eine groſſe Kühhaut getragen/ ſich geſetzet / und angefangen dasjenige auf dieſe Kühhaut zu ſchrei-

ſchreiben / was die Kirchenſchwätzer und Schwätzerinnen mit einander geredet und ausgetragen. Es habe aber dieſes Kirchengeſchwätz ſo lange gewähret / ſey auch deſſelben ſo viel worden / daß ihm die Haut wollen zu klein werden / und er nichts mehr auf ſolche bringen oder ſchreiben können / deßwegen er ſelbige länger zu dehnen / ſie oben ins Maul / und unten zwiſchen die Füſſe genommen / ſey aber mit dem gehörnichten Kopffe zurück gefallen / und hart wider die Mauer geſtoſſen / darüber des Altvaters Jung / der ſolches geſehen / ſich ſehr zu lachte / und auf Befragen dem Altvater alles erzehlet. Narrat Fabellam Herrenſchmidt in der Sünden-Rolle num. 4. p. 401. De cætero add. *Ameſ.* de Conſc. IV. 11. p. 186. 187. c. 14. p. 192-196. *Concil. Trid.* Seſſ. 2. p. 26. *Engelgr.* Luc. Ev. part. I. p. 110. & c. 117. *Goulart.* pag. 158. *Inhibit.* à S. Cœn. n. XI. *Linck*

de Jure Templ. cap. III. §. 29-32. Sachſe Känſ. Chr. p. I. p. 154. 155. *Staplet.* Pr. Mor. p. I. p. 334. *Zanch.* fol. 621. b. δ. *vigilanter* : v. *Ahasv.* Fritzſch pecul. libell. von Kirchenſchl. *Quiſtorp.* l. c. pag. 32. ε. *reventer*, v. g. ad Nomen Jeſu capita aperiendo (vel genua curvando, vel corpus leviter inflectendo, juxta Apoſtoli monitum *Philipp. II.* v. 10. & ſi magno conatu hæc contra nitantur *Calviniani*, *Bulling.* O. E. p. 212. a. m. *Theoll. Palat.* im Bericht &c. p. 453. *Ravanell.* T. 1. fol. 1085. & 2. fol. 369. adeò ut nec ab apertâ vi ſibi temperent, v. *Wolff.* Lect. Memor. Tom. 2. Centen. *XVI.* fol. 1088. & *Siric.* diſp. Theol. *IIX.* theſ. 5. pag. 148. ſed quibus ſatis abundèque reſponderunt *Meiſn.* Coll. Adiaph. p. 75. *Menzer.* Schol. Theol. Miſcell. IX. p. 84. adde *Hildebr.* de Rit. & *Scheræ.* Miſcell. H. p. 193. ſed &, qui in hoc negotio à noſtris parti-

bu

bus ſtat, *Durellum* de Rit. Angl. cap. XIX. pag. 209-215.) & quæ alia ad reverentiam faciunt, obſervando: v. *Kortholt.* in Epl. Plin. p. 118. *Zepper.* Arte Concion. tùm quoq; rectè de Miniſterio Verbi ſentiendo, quod ſedulò laicis inculcat *P. Philips* Cler. Apl. Cath. c. XI. & XII. pag. 175-193.

CCXIX.

SEd *ordinariè* competit *Miniſtris VERBI*, vocatis ad hoc & ordinatis. v. *A. C.* art. *XIV. Bejerlinck.* Concion. Sel. præf. *Bez.* Epl. V. p. 46. *Cent. M. VII.* fol. 142. *Hutter.* in A. C. diſp. XIII. §. 45. *Philips* l. c. & Fid. Diſpens. 1. p. 1-27. *Extrà* quoq; *Ordinem* nonnunquàm *SS. Theologiæ Studioſis exercitatioribus* ac veteranis, quos illi pro re natâ, non temerè quidem ac promiſcuè ſubſtituere poſſunt, ſed ſi noverint eos huic actui non fore inidoneos:

unde & ipſi doctiores evadunt & expeditiones redduntur juxta *Ben. Carpzov.* defin. Eccl. Lib. II. tit. 16. def. 256. 4. fol. 385. adde defin. 257. fol. 386. 387. ita tamen, ut ne ordinarii paſtores deſidiæ notam incurrant, vel ad funebres & ſolennes conciones *eos admittant*, quod ab eôdem monentur fol. 388. De *Vocatione Studioſorum* ad hujusmodi actum, an quæ dicenda ſit, præclarè diſſerit *Magnif. DN. D. Joh. Meiſnerus Præpoſ. ac Prof. Witteb. Præceptor mihi jugiter memorandus* in Lect. publ. de Miniſt. Eccl. c. V. qv. 1. quod elegantiſſimum ac fructuoſiſſ. opus utinam lucem publicam vel adſpexiſſet dudum vel etiamnum adſpiciat, unicè in votis habeo! interim conf. Kirchen-O. fol. 287. Tali privilegio gaudemus nos, in Eccleſiâ Evangelica præ Pontificiis.

CCXX.

Horum

HOrum ergò quilibet verba ad populum facturus probè priùs præmeditatus, vel quid & quomodo dicere velit (quod ſedulò inculcat *S. Auguſtin.* de Doctr. Chr. lib. IV. 416. pag. 272-275.) *precibusq́, præmunitus*, juxta *1. Cor.* XIV. 1-3. 13-37. *Auguſtin.* l. c. c. 15. pag. 271. 272. *Bernhardus* ſerm. I. in Feſto omnium ſanctorum fol. 61. B. m. *Opt. Mil.* l. VII. p. 201. &c. *Bulling.* de SCR. Lib. II. c. 6. p. 54. *Hildebr.* de Prec. p. 68. 69.) aſcendit. *Suggeſtum*, quæ vox uti olim *curiæ* erat ap. *Flor.* Hiſt. Rom. *l. IV.* c. 2. §. 17. ita poſt unà cum ædificio in Baſilicas translata memoratur vel explicatur ab *Amalario Fort.* de Eccl. Off. lib. *III.* c. 7. Tom. IX. *Bibl. P P.* fol. 349. *Becmann.* Origg. L. L. p. 202. *Cent. Magd. IV.* & ſeqq. app. 6. *Concil. Tom.* II. fol. 210. a. *Euſeb.* Hiſt. Eccl. l. 2. c. 22. f. 16. *VI.* 19. & X. 4. *Faſcic. Temp.* Anno 94. *Hildebr.*

 Enchir.

Enchir. c. *II.* p. 28-30. *Hoſpin.* de Templ. Lib. *II.* c. 3. fol. 79. 80. *Martinii* Lex. Philolog. fol. 3759. f. *Perott.* Cornuc. fol. 869. 40. *Rivand.* Feſt. Chron. p. *I.* fol. 5. *Scheræ.* Miſcell. p. 66. *Sozom.* H. E. V. 15. fol. 351. d. e. IIX. 5. 451. IX. 2. 478. conf. *Walich.* Relig. Turcic. ubi æri inciſa eſt ejus figura p. 78. Vocari aliàs quoque ſolet (1.) *Cathedra*, *Savaro* ad Sid. Apoll. *VII.* 9. p. 428. & IX. 16. 59. *Barth.* ad Herm. p. 855. 863. 872. &c. (2.) *Ambo*, *Onuphr. Panv.* Interpr. voc. obſcur. p. 69. b. (3.) *Pulpitum*, *Hoſpin.* l. c. *Iſid. Hiſp.* Orig. XV. 4. fol. 78. b. m. (4.) *Tribunal*, præter dictos *Calixt.* de Sacrif. ¶. 61. *Caſal.* de Rit. c. X. p. 111. 112. (5.) In vernaculâ nomen à *cancellis*, quibus munitur, ſortitus eſt & audit eine Cantzel vid. *Hildebr.* l. c. p. 29.

CCXXI.

Mate-

M*Ateria* Concionis Dominicæ Feſtæq; , uti in genere ſemper *Biblica eſſe* ſolet, & jubetur in der Kirchen-Ordnung fol. 283. 284. *cui ſermonis tantùm eloquentia ſociatur*, juxta *Clem. Rom.* Recognit. lib. *IIX.* fol. 100. f. ita retinetur ex antiquâ partitione , ut quotannis eadem pericopa prælegatur , explicetur, applicetur, quæ, utpote ex Evangeliſtarum Novi Teſt. Hiſtoriis depromtæ , *Evangelia* audiunt. Uti enim in Vet. Teſt. *Lex* dividebatur in *LII. Sidras* , & *Prophetæ* in totidem *Haphtharas*, quarum utrarumq; ſingulæ ſingulis in Synagogâ Sabbatis non prælegebantur modò, verùm & explicabantur, cujus veſtigia ſat luculenta habemus in ipſis *SALVATORIS* & *Apoſtolorum* concionibus (Loca Scripturæ extant §. XXVII. & CCXII. adde *Gerhardi* Harmon. Evangel. cap. XXXIV. T. I. fol. 288. &c. *Buxtorff.*

Synagog. Jud. c. XI. pag. 347. edit. German. *Heinſ.* Exercit. S. l. V. c. 8. fol. 297. *Zepper.* Polit. Eccleſ. lib. II. c. 8. pag. 417. 418. Ita pii quoque Majores noſtri quasdam particulas eisdem aſſignaverunt, etſi non ſemper eædem ſint obſervatæ, nec certi quicquam de *Anno Autoreq́;* conſtitutionis earundem haberi queat; ſed potiùs ſucceſſu temporis in aliud res tota tranſiiſſe videatur. Alii quippe *ad ſeculum IV. circa Auguſtini & Hieronymi tempora*, alii *ad ſeculū V.* (uti §. CCXII.) alii *ad ſeculum IIX. & IX. circa Caroli Magni tempora* id reducunt: & ultimatò ab hoc, quæ retentæ teng hac fuerunt periochas conſtitutas nil repugnabit aſſerere, etſi multis retrò ſeculis aliquæ identidem in uſu fuerint. *Homiliarium* itaq; *Doctorum operâ Albini vel Alcuini & Pauli Diaconi* hic congerendum curavit, *impreſſum Baſileæ Ao. 1439.*

(ad-

(*adde & 1513.*) *Lugduni 1520. Pariſiis 1537. cui operi & Homilias ad Epiſtolas prædictis diebus prælegi ſolitas ex Eccleſiaſticis Scriptoribus à ſe congeſtas adjecit Laur. Surius edit. Colon. 1569. in fol. poſteà aliquotiens recuſas. Horum diligentiam imitatus Laurent. Canendius Italus primum colligere ex Patribus cœpit; ad finem verò, perduxit ipſos IV. Tomos Homiliar. Gerhardus Meſanus, Dominicanus Germano, Lugd. à Juntis 1588. 3. fol. evulgatos. Verum ubiq; in pauciſſimorum ſunt manibus, nec facilè à quoquam præterea parabiles.* Hæc de eiſdem *Nobil. Dn. Chriſtianus Daumius* loco ſup. cit. Ita quoque ſub tenebris jam dum Papiſticis prodiit *Liber deſlorationum S. Patrum ſuper Evangelia & Temp. per anni circulum cum ſermonibus utiliſſ. Werneri Abbat. Mon. B. Blaſſ. Epiſcopi ordin. S. Benedicti in nigrâ ſilvâ Diœceſ. Conſtantienſis.* (in cujus frontiſpicio

Autor pro genio illorum temporum ſequentes *verſiculos* excudi fecit:

Hoc ſyntagma Tibi:
Juſſi rex celiti ſcribi:
Suſcipias à me:
Quod ſuſcepi prius â te:
Theotocon natum:
Scriptori fac miſeratum:
Codice me CHRISTO:
Blaſi ſacer offer in iſto:
Hi ſunt ſacrarum:
Doctores Eccleſiarum:
Præceptis quorum:
Formantur corda piorum.

Ita *Joh. Scotus* collegit *Poſtillas majores*, in quarum frontiſpicio ad DEUM ſequentes verſus habentur:

Da pater altitonans per Chriſti vulnera quinq;
Pnevmatis *da clemens* gratiam *digne tuis*
Pandere felices ſuper *dogmata mentis ocellos*

Quæ

Quæ Pſaltes doctus concinit levi *ſono*

Flectere per Matris effrænos, Chriſte, dolores

Atquè *Johannem, mitte ſalutis opem.*

Turbula te pulſat, Sophie te docta caterva:

Flectere: nam ſine te, Gratia nulla datur.

Sed quis ſingulas ejusmodi ineptias percenſebit?) Itaq; & Nos *ex Libertate Chriſtianâ* retinemus confectas illas Periochas, quicquid etiam ogganniant *Calviniani*, queis ridentur noſtræ propterea Eccleſiæ pariter ac Doctores, imò convitiis quoque proſcinduntur intolerabilibus, dùm inſimulantur modò *horrendi Sacrilegii, (quò Eccleſiam privemus tanto SCR. theſauro) & mutilationis S. Literarum*, uti ſplendidè mentitur, toties aliàs citatus *Zepper.* Polit. Eccleſ. lib. II. c. 8.

c. 8. pag. 419. ubi & de *Poſtillarum* origine ac incommodis in Eccleſiâ agit, p. 420. & invehitur *in emendicatas ex eis conciones* ibid: modò neſcio cujus *colluſionis cum Papiſticis Eccleſis & Doctoribus*: modò *confirmationis in ignaviâ*, paſtoribus hoc ipſo propinatâ: modò *inventionis Satanicæ*, ore *Calvini* defenſ. II. contra Weſtph. ap. *Forſter.* Theſaur. Catech. dec. I. probl. 9. §. 43. ſuadeturq́; vel *alius hiſtoriæ particulas aſſui*, à *Zeppero* l. c. vel *alternis ſeptimanis epiſtolas Evangeliis intermiſceri, ut ſic non ſingulis annis, ſed biennio demùm labor iſte in orbem rediret* à *Sixtino Amama*, Antib. Bibl. orat. prælim. lit. d. 8. b. pr.

CCXXIV.

VERùm enim verò *bona verba quæſo* (cum *Terent.* And. I. 2. 33. & *Plaut.* Mil. Glor. II. 8. 31.) aut *ſi* maledicendo lubet pergere retorque-

quere & nobis licebit: *Sacrilegus ſit*, qui alios præter meritum Sacrilegii incuſat; Calvinianos autem ſacrilegium committere in *Confeſſione* (v. *ſ.* CLXXXI.) & *Cœnâ*, dum CHRI corpus ex eâdem ſuffurantur, in propatulo eſt. Sed ad rem: omni crimine in hoc negotio nos ſuos exolvit *Chriſtoph. Danderſtadius* hoc firmiſſimô *argumento*: Ubicunque *omnia docentur & continentur, quæ ad perfectam Chriſti cognitionem & Chriſtianiſmi totius informationem ſpectant, ibi nulla committitur SCR. mutilatio. Atqui in publicâ Epiſtolar. & Evangelior. enarratione &c.* Ergò *Major* luce ſuâ radiat: *Minorem* qui probatam noſcere cupit, adeat *laud. autoris* part. II. Diſpoſ. Evgl. Dn. ubi hocce inſtitutum (1.) *ab eorum perfectione* (2.) *meliore ſimpliciorum informatione* (3.) *harmonicâ textuum attemperatione* (4.) *libertate Chriſti-*

anâ

Digitized by Google

anâ (5.) *antiquitate* (6.) *commoditate* (7.) *vitæq; humanæ brevitate* pluribus deducit. Ita *D. Johann. Gerhardo* commendantur ab *antiquitate*, *commoditate*, *utilitate* Homil. III. ſuper I. Adv. part. I. p. 35. Abuſus autem pigrorum rei toti præjudicare non valebit, alioquin nec *aëris uſus* ampliùs integer erit, quô multi abutuntur ad nequitiam; nec Calvinianis ſalvâ conſcientiâ licebit Dominicam diem obſervare, quia multi inter Pontificios, Lutheranos (adde & Calvinianos) eam turpiter profanant. Apage cum ejusmodi ratiocinationibus. Porrò qui totum negotium ulterius excutere ſatagit, ei conſulantur *Balduin.* Homil. in Evgl. præfat. it. Ide. diſpoſit. Bibl. c. XI. p. 242. *Joach. à Beuſt.* l. c. *Brochm.* T. II. de Lege c. III. qv. 11. fol. 40. *J. Bened. Carpz.* Iſagog. p. 449. *Forſterus* l. c. *Gerhard.* l. c. præf. lit. A. 4. b. *Meiſn.*

Col-

Colleg. Ad. diff. I. §. 63. p.25. & XI. §. 56. pag. 315 - 216. & Homil. in Evang. epl. dedic. *Mengering* Inſ. Conſc. Ev. qv. I. p. 2-8. B. *Menzer.* Exeg. A. C. pag. 397. *Moſ. Pflacch.* ſuper I. Adv. *Joach. Pollio* Conſil. Theol. Cent. I. cap. 4. pag. 11. 17. *Quenſt.* diſſert. de Sabb. p. 30. 31. *Quiſtorp.* Pior. Deſider. pag. 30. 31. *Rivand.* Feſt; Chron. p. I. fol. 1. b. *Weber.* de Converſ. Germ. Conc. X. pag. 136. 137. confer. *S. Auguſt.* Tract. XLVII. in Joh. fol. 195. a. 1. m. f. *S. Bernhard.* de verbis orig. fol. 116. a. 1. f. Churſ. S. Kirch. O. fol. 283. pr.

CXXIII.

ADjuncta ratione concionantis ſunt (1.) *Geſtus & Poſitus rectus* totius corporis, conf. *Euſeb.* de Vit. Conſtant. Lib. *IV.* c. 29. f. 399. b. *Cent. Magdeb.* II. 6. fol. 494. *Gul. Ameſ.* de Conſc. Lib. IV, c. 26. p.

236.

236. *Henr. Bulling.* de SCR. Lib. II. c. 6. p. 5152. *Hildebr.* de Concionibus ſacr. (2.) *Sermo vernaculus*, de quo *Coſterus* Enchirid. p. 594-611, *Diet.* Inſtit. Catech. p. 527. m. f. *D. M. Luther.* T. *II.* Jen. Lat. fol. 557. a. f. b. *Oecolampad.* epiſt. lib. I. 9. fol. 14. 15. *Rivand.* Feſt. Chron. part. I. fol. 6. a. 7. a. *Greg. de Valent.* in Thom. Tom. *III.* fol. 659. *Walther.* Offic. Bibl. Rep. I. Th. 4. p. 238. &c. Ratione concionis (1.) *exordiorum prolixitas*, graviter diſcuſſa *à Joh. Chryſoſt.* ſerm. de Converſ. Pauli p. 301-312. & inter *characteres homiliarum* hujus S. Patris relata ab *Oecolampad.* annot. ad Homil. de Prof. Evang. p. 257. m. (2.) *Hora concioni attributa. Non extendatur concio ultra horam in Sabbatho feſtisq́ diebus, nec ultra dimidium vel tertium horæ quadrantem in diebus profeſtis ac operariis* definit *Bened. Carpz.* Lib. II. tit. 16. n. 255.

fol.

fol. 383-385. Kirchen-Ordn fol. 283. *Cent. Magd.* IV. 6. fol. 412. 17. 8. *Theodorit.* H. E. II. 14. cujus ve ba retulimus ſupra *ſ. XXII.* B. *Scheræ.* Miſcell. Hierarch. p. 192 193. (3.) *Partitio bi- vel trimembris*, de quâ Kirchen-Ord. fol. 283. 285. (4.) *Votum ad Propoſitionem*, *cujus* egregium veſtigium habetur ap. *Auguſt.* Tract. *XCIX.* in Joh. *Greg. Nazianz.* orat. II. T. 1. f. 17. a. (5.) *Profanorum immiſtio* ap. *Ameſ.* l. c. & *Kauffmann.* ἱεροδιδ. p. 9. (6.) *Correptionis uſus* & moderatio: de quibus *Angl.* in IV. part. 2. p. 59-72. B. *Balduin.* in Harpoes, Proſcr. *Beza* epiſt. *XIV.* p. 107. m. *Chryſoſt.* Homil. in Babylam pag. 21. *Hulſem.* pecul. libell. Reliqua ex *Methodis* & *Hodegetico Carpzoviano Zeppero*, aliisq; facilè peti poſſunt.

CCXXIV.

RAtione totius Eccleſiæ (1.) *abſolutio publica & communis. Albaſp.*

pag.

p. 440. *Calixt.* de Sacrif. Chriſti §. *LXXIII.* Ubi notandum extra Electoratum Saxonicum addi formulam, quæ impœnitentibus iram divinam ſubſecuturasq; pœnas indicit. *Quot ad eam cruces formandæ in ſacri canonis prædicatione* quæſivit olim *Bonifacius*, primus Germanor. Epiſcopus à *Zachar. I. P. R.* qui & præſcripſiſſe ait in Epiſt. ſed id non exprimitur. v. Tom. 2. *Concil.* fol. 110. a. pr. (2.) *Preces* in initio & fine; (*Auguſtin.* de Doctr. Chr. l. IV. c. 30. p. 321. 322. *Durellus* c. IX. p. 66. f. *Hülſem.* meth. Conc. c. *IIX.* p. 137. *Hildebr.* de Prec. p. 33. 69.) non directæ ad *Deum & Mariam*, prout conjunctim precantur Papiſtæ *orat. Dn. & Ave Maria* v. *Lud. Granat.* Conc. Tom. I. p. 1. 10. 23. 31. 37. aut *Ave Maria* tantùm (ut idem p. 53. 70. &c. cujus quidem rei impietatem ſatis diduxit *Höpfnerus* diſp. pecul. de Ave M. *Beza* Ep. LXXXI.

LXXXI. p. 326. *Diet.* Cat. p. 581. 36. *Joh Urſin.* Stup. T. Jeſ. p. 1. pag. 78. 205. *Zeam.* Unc. P. p. 11. f. 621.) aut ad *crucem, ut idem Granat.* facit p. 293. 294. ſed ad unum ſolum verum DEUM TRINUNUM; Eumq; invocamus (β.) *pro Eccleſiâ universâ* in genere: *publica eſt nobis & communis oratio, & quando oramus, non pro uno; ſed pro populo toto oramus, quia totus populus unum ſumus. Deus pacis & concordiæ Magiſter, qui docuit orationem, ſic orare pro omnibus voluit, quemadmodum in uno omnes ipſe portavit juxta Cypr.* Serm. VI. de Orat. Dn. fol. 231. f. & alibi: *Uno igitur eodemq; conſilio iisdem precibus & fletibus tàm nos, qui usq; adhuc videmur temporis iſtius ruinas ſubterfugiſſe, quàm illi, qui in has temporis clades videntur incidiſſe, divinam Majeſtatem deprecantes, pacem Eccleſiaſtico nomine poſtulemus, mutuis votis nos invicem foveamus, cuſtodiamus,*

Digitized by Google

mus, armemus: oremus pro lapſis, ut erigantur: oremus pro ſtantibus, ut non ad ruinas usq; tententur: oremus, ut qui cecidiſſe referuntur delicti ſui magnitudinem agnoſcentes intelligant, non momentaneam neq; præpoſteram deſiderare medicinam: oremus, ut effectꝰ indulgentiæ lapſorum ſubſequatur pœnitentiam, epiſt. lib. II. 7. fol. 66. *Tunc enim efficacior eſt & ſanctior devotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ unus eſt animus & unus ſenſus*, inquit *Leo* ſerm. IV. de Jejun. 7. Menſ. *Benè ideoq; obtinuit, ut poſt ſingulas quasq; conciones publicæ prælegantur preces pro felici ſtatu Eccleſiæ pariter & Reipublicæ omniumq; hominum ſalute, quarum formam certam in provinciis Elector. exhibet ordinatio Ecclſt.* fol. 36-78. Verba ſunt *B. Carpzov.* l. c. def. 256. n. 6. fol. 389. adde *Calvin.* Inſtit. l. *III.* c. 20. ſect. 39. *Catech. R.* p. 391. *Cellotii* Hierarch. Ecclſt. lib. VI. c. 16.

16. fol. 475. b. f. *Goulart*. p. 117. b. *Kortholt*. in ep. Plin. p. 110. 111. *B. Meiſn*. Colleg. Adiaph. diſp. IV. p. 63. 64. *Rivand*. Feſt. Chron. part. I. fol. 6. a. m. confer. G. *Biel*. in Can. Miſſ. Lect. XXII. fol. 29. &c. *Bucholc*. Ind. Chronol. p. 159. m. *Calvin*. Catech. Genev. fol. 33. b-37.

CCXXV.

(γ.) PRo *Romano Imperio*, *Imperatore*, *Electore*, *duce*, vel alio loci dominio v. *Arnob*. adverſ. gent. Lib. *IV*. fol. 90. & ad l. c. *Elmenhorſt*. fol. 96. *Bibliand*. præf. ad Ep. Zvv. & Oec. d. a. f. *Bohem*. ad J. Papp. Epit. H. E. p. 364. 365. *Bucholc*. Ind. Chron. p. 166. 188. *Calixt*. de Sacrif. §. 77. *Carpzov*. Def. l. c. fol. 390. 391. *Caſſiodor*. Variar. Lib. XI. ep. 2. 3. p. 359. 360. *Cent. Magd. III*. fol. 121. V. fol. 294. *Concil*. Tom. 2. fol. 124. *Dilherr*. in Electis Lib. *II*. c. 25. p. 334. *Euſeb*.

H. E.

H. E. lib. *VII.* c. 10. f. 190. D. X. 8. fol. 294. verba habentur ſuperius §. XXXIIX. *Gerhard.* Conf. Cathol. Tom. *IV.* app. art. XXIV. p. 1000. a. *Goulart.* p. 117. 118. *Hutter.* ll. cc. art. XXXI. qv. 7. f. 981. *Ignat.* Epiſt. II. p. 60. 61. *Kortholt.* ad Plin. p. 149. & de Perſecut. p. 80. *Linck.* de Jur. Templ. c. *III.* §. 12. *Lungvviz.* Admir. div. Saxon. part. *II.* c. 3. pag. 73. 74. *Meiſn.* l. c. *Niceph.* H. E. lib. XIIX. ubi *Imp. Mauritius* id ſpecialiter expetit cap. 42. fol. 1151. 1152. *Optat.* contra donat. L. III. p. 84. *Oſiand.* de Sabb. p. 162. *Petrej.* Conf. Tert. & Cypr. p. 119. *Ravanell.* Bibl. S. Tom. II. fol. 1184. a. pr. m. *Rivand.* Feſt. Chron. p. I. f. 6. *Rixner.* de Rit. c. V. §. 8. p. 72. 73. *Tertull.* Apolog. cap. XXX. fol. 866. *Theodorit.* H. E. IV. 24. f. 138. a. *Zanch.* fol. 628. b. 631. a. pr. de Romanis adhuc Ethnicis confer *Caroli* Antiqv. Eccleſ. c. V. p. 15. Parili

quoq;

quoqȝ pacto (δ.) *Pro Imperatore & ejus exercitu* ſolennem *orationem* conſcripſit *Calixtus*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, quam conſignavit *Goar* in Ευχολογ. Gr. fol. 826. 827. (ε.) His adduntur *Comitia, Bella, inundationes*, aliæq; *calamitates & commoditates*; privatorum verò *morbi, partus, baptiſmi, funera, nuptiæ, itinera*, ſimiliaq;, quæ pro παῤῥησία Chriſtiana à DEO Noſtro expetere habemus vel præſumimus. v. *Ameſ.* de Conſc. Lib. V. c. 8. p. 296. *Calixt.* de Sacrif. §. 32-35. 73. *Calvin.* Inſtit. R. Chr. lib. III. c. 20. ſect. 38. 29. *Cent. Magd.* I. Lib. 2. c. 6. fol. 405. *Cypr.* ſerm. VI. de orat. Dn. in fine fol. 124. m. *Diet.* Inſtit. Catech. p. 571. *Durellus* c. IX. X. p. 75. *Garth.* contra Becan. de Jud. contr. Fid. p. 194. *Hieron.* Epiſt. f. 312. *Ignat.* Epiſt. *II.* fol. 68. 72. *Iſid. Hiſpal.* de Eccl. Off. lib. I. c. 9. 10. *D. M. Luth.* Tom. 2. Jen. Lat.

fol. 551. b. B. *Menzer*. Schol. Theol. Miſcell. XVII. p. 120. *Optat. Milev.* contra Donat. lib. V. p. 117. *Quiſtorp.* p. 33-36. *Greg. de Valent.* l. c. fol. 165. Ubi non incommodè quæritur, *an & pro inimicis orare liceat?* L. *Hutter.* LL. CC. fol. 981. 982. *an contra aliquem?* ibid. fol. 982. 983. *an pro defunctis?* ibid. 984. 985. ſed de hoc v. ſuperiùs §. CLV. CLVI. adde *Bezæ* Epiſt. XI. p. 93.

CCXXVI.

(3.) G*Rates* item *pro bonis conceſſis, malisq́ averſis*, pro *ſanitate* puta, pro *ſerenitate* vel *pluviâ* (juxta anni temperiem) pro *reducibus*, pro *puerperis* (de quibus peculiariter v. *Miſſ. Æthiop.* Tom. XV. Bibliothec. P. P. fol. 753. d. In Ευχολ. Græc. extant *orationes, quæ ſuper eas habentur.* vide *Goar* fol. 324. &c. Quid *in Angliâ* iis fiat, vide *Lib. Prec. Anglic.*) & hoc non incommodè

modè *Genus verbi-commune*, *ſpeciem frequentativam*, *modum conjunctivum*, *præpoſitiones* item & *interjectiones* dixeris cum *Donato Theolog.* pag. 49. 52. 56. 108-123. (4.) *Intimantur* publicè *Feſta Concil.* T. 2. fol. 113. e. *Funera Calixt. de Sacrif.* §. 36. & 74. 75. Kirchenordn. fol. 15. pr. & 316. *Zepper.* Polit. Eccl. lib. I. c. 15. p. 176-182. & Gubern. Eccleſ. part. III. art. 54-56. pag. 842. (5.) Prælegitur *Conſtitutio Matrimonialis* bis in anno, Dom. II. poſt Epip. & II. poſt Trin. vide Kirchenordn. fol. 99. m. conf. *Theod. Bezæ* Epiſt. LXXIII. pag. 302. (6.) Sicq; aliud quid notabile vel ſuperiore ſeptimanâ acciderit, vel aliquot diebus pòſt eventurum ſit, ita tamen, ut *Miniſter Verbi caveat, ne præconem acturus videatur*, quod inter prophanationes diei Dominicæ refertur à *J. Quiſtorp.* deſid. p. 20. pr. & diligenter inculcatur in der Kir. O. f. 286. m.

CCXXVII.

(7.) ELeemoſynæ alicubi locorũ colliguntur mit dem Klinge-beutel. vide *Calixt.* de Sacr. §. 71. *Hildebr.* in Offert. c. V. ¶. 12. p. 44. ſ. *Kortholt.* in Epiſt. Plin. p. 116. *Novar.* Elect. Sacr. Lib. V. c. 38. excurſ. 36. §. 445. fol. 138. *Quiſtorp.* Pi. Deſid. p. 36. Epit. Rerum Germ. ad Ao. 1642. p. 308. m. *Heic loci* verò publicè quamvis non colligantur, cuilibet tamen januæ *affigitur* vel *apponitur*, vel ab adſtante certo homine *porrigitur* capſula eis colligendis ſpeciatim accommoda. v. *Heydenr.* Chron. Lipſ. pag. 243. pr. (8.) Olim ſi concio placuiſſet auditoribus, in fine *applaudebant.* v. *Chryſoſt.* Homil. XIV. in 1. Corinth. *Baſilius M.* in Hexaëm Homil. V. p. 86. *Calixtus* de Sacr. §. 65. 66. *Cent. Magd.* V. fol. 650. pr. (quod Romanâ voce *ſecundam populi ad-*

mur-

murmurationem cum *Pontan.* Prog. Lat. lib. I. 31. pag. 59. aut *mirandas* ἐπισημασίας dixeris cum *Cicer.* ad Attic. Lib. I. ep. 13. p. 302. b. pr. v. *Muret.* Var. Lect. lib. I. c. 19. T. 1. Theſ. (v. *Grut.* p. 910. 911.) Non autem Cœna celebrari ſolet ordinariè niſi prævia hujusmodi concione, de quo v. *Bulling.* Compend. Rel. p. 119. a. f. *Calvin.* Inſtit. IV. 17. 43. fol. 555. *Gvalther.* Hom. 3. Evgl. T. III. fol. 386. a. m. Kirchen-Ordn. fol. 26. pr. conf. *de Maronitis* diſp. *Gerhard.* ſect. XI. ¶. 3.

CCXXIIX.

OCTavum antecedens eſt *Acceſſio Communicaturorum in chorum ad altare: convenit enim, ut communicaturi ſeorſim uno loco & una turba conſtent: ad hoc enim repertum eſt altare, repertus eſt chorus &c.* cætera, nam compluſcula ſunt, legantur in *D. M. Luth.* Tom. II. Jen. Lat.

rurſus fortè aliter. Nec opus fuiſſet Calvinianos hoc inſtitutum, ceu *adorationem cœnæ*, ſugillare in der Anhalt. Erinn. pag. 71. quos ad ſatiem quidem refutârunt *Theolog. Witteberg.* in der Widerl. p. 94. &c. inductione, exempli loco, *Baptiſmi* & *Nuptiarum* queis ſuâ geniculatione nulla rei adoratio à nobis intenditur.

CCXXIX.

NOnum antecedens eſt *Adhortatio populi ad devotionem*, præſcripta in der Kirchenordn. f. 26. 27. adde fol. 301, 302. ſed quæ hodiè ſolùm tempore *Adven.* & *Quadrag.* adhibetur, uti *B. Hülſem.* ſuâ manu notavit ad marginem T. III. Germ. op. Jen. *Luth.* fol. 282. b. pr. addiditq; *in Pruſſiâ hunc morem* itidem *retineri.* conf. *Cyprian.* l. c. fol. 240. §. *Quando autem &c. Calixt.* §. 83. *Pezel.* Obj. & Reſp. ex op. Mel. part. IIX. pag. 386. *CCXXX.*

CCXXX.

DEcimum idemq; & ultimum antecedens, & concomitans idem & conſequens ſunt *piæ Preces* communicantium: vide *Aret.* de Cœnâ Lect. VI. p. 130. 144. *Calixt.* §. 32. *Calvin.* Inſt. IV. 17. 43. *Hülſ.* Ext. Brev. c. XIII. ʃ. 17. p. 207. m. f. *Selnecc.* Ex. Ord. p. IV. pag. 282-293. Hinc in omnibus *piarum precum libellis* tot orationes pro eis extant: hinc tot *Manualia*, *Meditationes*, *Soliloquia*, *Suſpiria*, *Vota*, **Andachten/Betglocken/Handbüchlein/ Altenburg. Lüneburg. Nürnb. Rigiſch/Zwickauiſch; Waſſerquellen/** quibus noſtræ tabernæ librariæ admodū abundant: v. g. *Arndi*, *Balii*, *Buſcheri*, *Camerarii*, *Gerh. Haberm. Kegelii*, *Kesleri*, *Melis. Muſculi*, *Savan. Schererzii*, **Stöltzlin/** *Siberi*, *Sonthomb*, *Wankelii*, **Wegelins/** *Zeæm.* Et hæc ſunt, quæ actum SS. Cœnæ præcedere ſolent. *CCXXXI.*

CCXXXI.

ACtus ipſe SS. Cœnæ conſiſtit in quinq; membris: 1. eſt *Materia*, 2. *Forma*, 3. *Vaſa*, 4. *Locus* 5. *Tempus*. *Materia terrena* (nam alteram, cœleſtem illam, noſtram jam non facimus) eſt *Panis & Vinum*; & *Panis* quidem *azymus* eſt ex merâ Libertate Chriſtiana, absq; omni opinione neceſſitatis v. *Auguſtin.* de hæreſ. indic. membr. ult. §. 11. *Bucholc.* Ind. Chronol. p. 387. 459. &c. *Carion.* Chr. p. 581. *Dieter.* Inſt. Cat. p. 694. & Myſteriol. diſp. 17. *Dorſch.* l. c. §. 25. p. 127. it. 134-172. *Eckard.* Faſcic. c. XXVI. qv. 3. p. 631. *Fabr.* Polit. K. Chron. p. III. p. 18. m. *Gerhard.* LL. Th. T. V. it. CC. T. 3. art. XIV. c. 4. p. 1030. &c. Iſagog. p. 1099-2001. & Bellarm. ὀρθοδοξ. T. art. XII. p. 470. f. *Geſner.* pro lib. Concord. p. 540. *Hunn.* de Sacr. c. XIII. p. 252-257. *Hutter.* LL.

CC. fol. 708. 709. it. Calviniſt. Aulico - Polit. *Kauffmann.* ἱερoδιδασκ. p. 345. B. *Menzer.* Exeg. A. C. p. 275. 401. m. *Rixner.* de Rit. c. VI. §. 9. p. 87. *Zimmermann.* Tr. *Fiunt* &c. p. 354. ex Calvinianis *Beza* Ep. p. 100. *Bibliand.* l. c. & Chriſtianum ſempit. p. 28. a. *Bucan.* p. 662. *Bullinger.* de Or. E. p. 206. b. *Buxt.* Inf. Cœn. p. 19. *Calvin.* Inſtit. IV. 17. ſect. 1. & 43. *Chamier* Panſtrat. Cathol. T. IV. Lib. V. c. 4. fol. 151. 152. *Franci* Lamp. Contr. Evchar. diſſ. IIX-X. à Kniſebeck cauſâ 2. *Joh.* von Münſter Erklär. p. 7. b. 54. a. *Mornæ.* de S. Evch. Lib. *II.* c. 5. fol. 254-257. *Pelarg.* ad Damaſc. de Orthod. Fid. p. 202. conf. *Alex. Aleſi* Ordin. Eccl. Angl. pag. 44. b. pr. *Calixt.* de Calice omn. prop. &c. ¶. 39. Ex Pontificiis *de Abyſſin.* diſp. Lüders c. *II.* ſect. 2. ¶. 17. *Acta Theoll. Würteberg.* fol. 192. m. *Arcud.* Conſenſ. Eccl. Or.

& Oc-

& Occid. in admin. Sacr. Lib. *II*. c. 3. f. 131. de *Armenis*, diſp. *Kempii* c. V. §. 7. *Angles* in *IV*. ſent. part. pag. 73. 74. *Aſtexan.* Summ. Caſ. Conſc. lib. *IV*. c. 9. *Bejerlink* Conc. Select. p. 570. *Biel* in IV. 11. 12. & Lect. XXXV. in Canon. Miſſ. fol. 56. &c. *Caſalius* c. *LXXXVII.* pag. 451. *Catech. Rom.* p. 174. 175. *Angel. de Clavaſio CC.* fol. 97. b. de *Græcis*, *Fhelavius* pag. & *Vejel.* pag. 8. *Kettembeil* ad Albaſpin. Obſerv. Lib. *I*. 5. p. 79. de *Maronit.* diſp. *Gerh.* ſect. X. §. 13. de *Moſcov.* idem cap. *XVII.* in med. *Novarin.* Elect. Sacr. lib. V. c. 15. fol. 56. &c. 67-69. fol. 204. &c. *Rupertus Tuitienſ.* de D.O. lib. *II*. c. 22. fol. 10. *Thomas* p. *III*. d. 74. qui pertinaciter defendunt *azymum*, ſicut ipſi ſunt *aſini* (ita namq; pro *azymi* narratur legiſſe quendam in Epiſtolâ Fer. *I*. Paſch. ex 1. Cor. V. 7. qui fortè fuit *Frater ignorantiæ*.)

CCXXXII.

NEc multum negotii nobis faceſſunt diſputationes Scholaſticorum, utrum præciſè debeat eſſe *triticeus*, quod *Aſtexanus* vult l. c. ſ. 2. qv. 1. ubi ulteriùs diſquirit de *paſta triticea*, qv. 2. de *farre* & *pane* qv. 3. de *miſto ex tritico & aliis* qv. v. de *pane corrupto* qv. 5. *quare fermentum panis magis attendatur, quàm caliditas vel frigiditas aquæ in Baptismo?* qv. 7. utrum panis confici poſſit de *gutta roſacea?* qv. 8. cui ſuccenturiaturus *Angles* ampliùs quærit, *an neceſſaria ſit materiæ præſentia?* p. 78. *an Chriſtus in azymo cõſecraverit* p. 78. 79. *an Eccleſia Græca peccet in fermentato conſecrando? an ſacerdoti latino in caſu neceſſitatis idem liceat?* p. 79. ſi *intendens X. hoſtias, conſecraret XI. eritne hæc conſecrata?* p. 76. *utrum ſumenti duas hoſtias ſimul magis proſint quàm una?*

v. *Aſte-*

v. *Aſtexan.* l. c. qv. ult. Vide modò, quæſo, Lector benevole, quò deveniant cum otioſis iſtis quæſtionibus! *Cur adeò ſub exigua quantitate Chriſtus totus deliteſcat?* vid. *Novarin.* l. c. c. 120. ſ. IV. fol. 364. *Boxhorn.* Harm. Evchar. p. 235. *Hutterus* Conc. Conc. præfat. apol. d. 2. a. pr. & Irenic. c. XIII. fol. 31. 32. Utrum præciſè *Orbicularis?* v. *Boxhorn.* Harm. Evch. p. 354. *Deucer.* p. 147. 581. *Gerhard.* Iſag. p. 200. *Geſner.* p. 540. *Novarin.* c. 67. fol. 204. *Witteb. contra Anhalt.* p. 212. 213. *Ravensb.* p. 28. f. *Zepper.* Polit. Eccl. l. I. c. 11. p. 129. 136. *Figura* ei impreſſa, eſt *Chriſtus Crucifixus.* conf. *Novarin.* c. 24. §. 248. fol. 80. b. m. a. 69. 76. Ubi complures æri inciſas exhibet fol. 207. 232. & c. 77. fol. 233. Ipſius quoq; *Mariæ* effigiem addit; ſed an citra blaſphemiam, ipſe viderit. Apud *Græcos* duplex eſt: vel circularis, quæ tamen in

ſe

ſe quadrangulum unà cum his literis Ἰησοῦς Χριστὸς Νικᾷ ſ. *JES. CHR. Vicit* continet: vel merè quadrangularis cum cruce & literis prædictis: *varius enim hic modus formandi hoſtiam viget in Græciâ*, uti multis docet *Petrus Arcudius* l. c. l. III. c. 38. f. 372. c. Apud *nos non ita ſubtiliter efformari*, piè *deſiderat Quiſtorpius*, memoratq; in viciniâ ſui ſupereſſe inſtrumentum ferrreum, quô pro eâ Provincia, & haud exigua ditionis parte confectus olim fuerit panis, v. p. 61. 62. Utrum *de uno pane omnes ſumere*; *vel pro quolibet peculiarem apponere* ſatius ſit, uti & apud nos fieri amat. v. *Menz.* Exeg. A. C. p. 398. In *Angliâ* apponitur *panis de optimo genere tritici*, qui ſufficiat omnibus communicaturis v. *Libell. Prec. Anglic.* Utrum priùs *in calice abluendus*, quàm ſumendus? quod cum Latinis & Græcos obſervare v. *Arcud.* l. c. c. 56.

56. ſol. 340. *Rixner*. p. 128. 135. *Hoſtiæ* vel *Oblati* nomen cùm quosdam offendat, ac ſi ex Papatu reſiduum ſuperſtitione non careat, hunc ſcrupulum eximit *Hunn*. de Sacram. c. XIV. pag. 256. 257. conf. *Alſted*. Par. Theol. p. 145. *Morna*. l. c. fol. 122. Ethnici, tanquam *repererint quod pueri in faba* (de quo *Eraſm*. Chili. fol. 100. a. f.) hanc Cœnam *Thyeſteæ ſuæ* comparabant, juxta *Bezam* Ep. p. 296. *Kortholt*. de perſec. Sect. V. §. 15. p. 183. & in Epl. Plin. p. 125. 136. *Nicolai* detect. p. 57. m. f. ap. *Minut*. audit *cibus inhumanus* in octav. p. 19. ubi & de *capite aſinino* diſſeritur p. 20. m.

CCXXXIII.

V*Inum* eſt *mera cum aquâ non dilutum*. *Ambroſ*. ſerm. LXXIX. f. 262. *Auguſtini* Paratitla *Danai* p. 24. f. *Brent*. Apolog. Conf. Würt. peric. II. p. 843. *Bucholc*. p. 159.

159. *Chemnit*. Ex. C. Tr. p.*II*. p. 307-310. *Dieter*. Inſt. p. 709. & Myſteriol. V. 12 - 14. *Eckardus* Pandect. c. *XXXI*. p. 548. *Gerhardus* LL. & CC. T. 1. gen. p. 70. T. 3. p. 1032. &c. Iſagog. p. 2002. &c. *Geſn*. p. 540. *Heshuſ*. art. *XVII*. 12. 13. *Höpfn*. de Cœn. *Hoſpin*. Hiſt. Sacr. lib. *II*. 2. fol. 56. 58. & V. 3. fol. 447. &c. *Hutter*. LL. fol. 592. &c. 708. 733-735. D. M. *Luther*. T. *II*. I. L. f. 557. b. *Meiſn*. Colleg. Sacram. p. 27. *Menz*. Ex. p. 488. *Moller*. præfat. ad epi. Ign. §. 2. p. 275. *Müller*. ſemic. I. qv. 9. 11. 17-20. *Oſiand*. Enchir. c. *XVII*. p. 216. *Rixner*. p. 131-134. *Selnecc*. Ex. O. p. *IV*. p. 501. *Zimmer*. l. c. §. 153. p. 349. Ex Calvinian. *Aret*. de Cœna Lect. *II*. p. 125. 126. *Bibliand*. Chr. S. p. 21. 6. 276. *Chamier*. l. c. c. 3. f. 149. &c. *Mornæ*. l. c. fol. 258-260. *Münſter*. p. 6. a. *Polan*. ſyntagm. Theol. p. 214. ex Pontificiis, *Acta Theol*. W. fol. 240. 319.

Ama-

Amalar. F. *III.* 19. f. 351. *Angles* p. 79 83. *Arcud.* fol. 151. qui & lib. *III.* c. 35. *ſervidam miſceri* dicit fol. 276. *Arcſ.* de Tranſm. aqv. *Becan.* Theol. Schol. p. III. p. 89. *Bellarm.* T. 3. f. 179. *Caſal.* c. *XI. XII.* p. 121-1 5. *Catech. R.* p. 125. *Clavaſ.* l. c. *Conf. Petrick.* c. *XL.* fol. 74. *Faſcic.* T. a. 124. *Goulart.* p. 117. b. *de Græcis,* Vejel. p. 9. *Hiſpal.* de E. O. I. 18. *Microl.* c. X. p. 29. de *Moſcov.* l. c. *Niceph.* H. E. *XIIX.* 53. f. 1165. &c. *Novarin.* l. c. c. 80. fol. 239. &c. *Paſchaſius* de Corp. & S. *Petrej.* lib. III. c. 17. *Sixt. Sen.* Bibl. S. l. *VI.* annot. 113. fol. 517. *Sabell.* Ennead. Tom. I. fol. 429. a. pr. Ex quibus non injuria cum *Subtilitatum Magiſtro* quæras, *utrum aquam vino, an vinum aquæ miſceant?* Exer. CI. §. 4. pag. 337. pr. *Monſtrent* ergò *Fabulas hujus præcepti, aut deſinant maledicere,* juxta *Mag. DN. Doct. Scherzer.* Coll. Anti-Socin. diſp. CXIII. pag. 916. f. CCXXXIII.

CCXXXIII.

NEc licet pro pane ſubſtituere *caſeum*, more *Artotyritarum* *Aug.* de hær. *Bibl.* præf. ad Ep. Zvv. e. b. 2. f. *A. Grauer.* abſurd. IV. p. 220. m. f. *Münſter.* p. 5. *Rixner.* p. 86. nec *mellitum*, nec *ſale miſtum quid*, nec *volatile*, aut *aliud animal* juxta *Rixner.* p. 86. 87. nec *far*, *ſiliginem*, *amilum*, *tiphum* vel *ſegallam* aut *ſpeltam*, quas opiniones ex *Scholaſticis* modò affirmatas modò negatas collegit *Ger.* CC. T. III. app. art. XV. p. 2/ 1. *nec pro vino acetum*, *aquam*, *lac*, *loram*, *mel*, *muſtum ſangvinem hum. vel uvam maturam.* v. *Aug.* l. c. *Angles.* p. 80. *Bibl.* Chriſt. ſemp. p. 206. f. *Calixt.* de Calic. *ſ.* 5. 6. *Can. Apoſt.* III. p. 3. *Cent. M.* IV. f. *Chryſoſt.* homil. LXXXIII. *Concil.* T. 2. f. 139. e. f. *Cyprian.* ep. lib. 2. 3. *Dannh.* Chriſteid. l. c. p. 468. *Eckard.* Faſcic. c. XX.

25.

25. p. 608. *Epiph.* hæreſ. 49. *Gerhard.* CC. T. 3. p. 1293. *Hutter.* LL. CC. f. 708. a. *Müller.* ſemic. II. 40. p. 217. *Münſter.* p. 6. *Rixner* & *Sixt. Senenſ.* ll. cc. *Dn. D. Scherzer.* Coll. Antiſoc. d. CXIII. p. 917. Sed *quid in defectu vini faciendum?* *Angles* p. 75. &c. Vinum, num *ante* vel *poſt conſecrationem calici infundendum?* quod *Bernburgi* factum. v. Anhalt. Verantw. p. 9. 10. 98. conf. *Hutter.* l. c. f. 592. 593. *An ſemper communicandum ſit per ſymbola?* v. *Grot.* de Admin. Sacr. *Chamier* Panſtrat. Cath. T. IV. l. 1. c. 13. §. 7. fol. 14.

CCXXXV.

AD orcum ergò abeant cum horrenda ſua blaſphemia *Gnoſtici,* qui uti aliàs *organa Satanæ ab omnibus DEUM colentibus cognoſcebantur eſſe,* juxta *Irenæum* adv. hær. l. V. p. 608. ita ſpiritûs ſui, quo agebantur, ſpecimen egregium circa tre-

tremendum hoc myſterium ediderunt, quod ob horrendam turpitudinem ne deſcribere quidem libuit vid. *Auguſtin.* de Hæreſ. *Avent.* Annal. Proj. fol. 186. b. *Faſc.* T. 154. *Funger.* Etymol. p. 336. b. *Gerh.* CC. T. 1. p. 781. & Iſagog. p. 2000. *Hutter.* l. c. §. 5. *Papp.* Ep. H. E. p. 782. m. *Sixt. Senenſ.* Bibl. S. Lib. II. f. 94. b. *Spangenb.* H. M. p. 407. *Sulpit. Sev.* H. E. Lib. II. & ad eum *Carol. Sigon.* p. 612. 614. *Druſius* p. 278. pr. conſ. *Tertulliani* Scorpiacum contra Gnoſticos f. 712. &c.

CCXXXVI.

FOrma Cœnæ hujus abſolvitur *Conſecratione*, *Diſtributione*, & *Acceptione*. Conſecratio aliàs quoq; vocatur *Benedictio*. *Albaſpin.* Obſerv. p. 452. Anhalt. Verantwort. p. 94. 95. *Aret.* l. c. p. 130. 131. *Bulling.* de Or. Err. part. II. c. 7. p. 215. *Buxtorff.* Inſt.

Inſt. Cœnæ p. 34. *Calvinus* Antid. fol. 224. *Catech. Rom.* p. 175. f. *Chamier.* l. c. c. 5. 6. 7. fol. 152-159. *Gerhardus* LL. T. V. ¶. 149. p. 324. & Iſagog. p. 1159. *Goulart.* p. 117. b. m. *Hildebr.* de Prec. p. 69. f. *Hutter.* LL. CC. fol. 26. *Martinii* Lexic. Philol. fol. 1056. *Selnecc.* Ex. O. p. 204-285. *Witt.* contra Archatin. pag. 236. 280. Miniſter ejus idem eſt, qui Verbi: etſi faciem non vertat ad populum, prout alias *hoc loco* inter collectam, & *vulgatim* inter benedictionem Eccleſ. finalem fieri ſolet, & *Calviniani* præprimis urgent in der Anhalt. Verant. p. 115. & 143. conf. *Ditmari* Chron. p. 41. f. *Luther.* T. II. Jen. L. 558. a. *Witteb.* contra Anh. p. 97. it. 158-160.

CCXXXVII.

CONſiſtit (1.) in Recitatione *Orationis*, quæ *Dominicæ* nomen ex-

exinde meruit, quod ab ipſo *Dn̄o noſtro J. C.* anno ætat XXXIII. d. *IIX. Eid. Aprilis* Apoſtolis præſcripta fuit, *Matthæi* VI. 9-13. computante *Reuſnero* Diar. Hiſtor. p. 38. pr. De ejus verò ad hunc actum decantatione v. *Amalar. Fort.* de Eccl. Off. Lib. *III.* c. 29. f. 358. Anhalt. Verantw. p. 97. 142. *Balei* Acta P. P. p. 45. f. *Bellarm.* l. c. *Biel.* lect. LXIV. f. 127. *Bulling.* de Or. Error. circa Miſſam p. *II.* c. 5. p. 203. & c. 5. p. 215. *Buxtorff.* Inſtit. Cœn. p. 35. f. *Calvin.* Inſtit. l. *III.* c. 20. ſect. 34. fol. 343. *Can. Concil. Carthag. CXVI.* p. 309. *Cent. Magd.* capp. 17. *Concil.* Tom. 2. fol. 102. e. f. *Cyprian.* ſerm. *VI.* de Or. D. *Dieter.* Inſtit. Cat. p. 554. 606. & Myſteriol. diſſ. *IIX.* ſ. 1. 2. 6. *Donat. Theolog.* p. 3. 32. 33. *Dorſch.* Myſar. Miſſ. cap. & p. ult. *Durand.* Rat. div. Off. Lib. *IV.* part. 2. c. 71. 72. *Durell.* Hiſt. Anglic. c. III. p. 28. &c. c. X. p. 78. 79. *Forſter.* Con-

Congreg. Mar. p. 128. *Franc.* Contr. Evchar. diſp. XVII. *Gerhard.* CC. T. 1. gen. p. 373. a. 421. b. f. 430. a. pr. & Iſagog. p. 1162. 1206. *Hoſpin.* Hiſtor. Sacram. l. II. c. 4. fol. 106. *Iſidorus Hiſpal.* E. O. I. 15. *Lamp.* Mellif. Hiſt. p. *III.* p. 15. D. M. *Luth.* T. II. J. L. fol. 558. a. f. *Meiſn.* Coll. Adiaph. p. 70. 71. *Miſſ. Mozarab.* T. XV. *Bibl. PP.* f. 763. h. *Prætor.* Syntagm. Muſ. p. I. p. 53. *Rixner* de Rit. p. 126. m. *Thomas III.* 78. *Zepper.* Polit. Eccleſ. l. *I.* c. 12. p. 137. m. *Zvvingl.* Epl. l. 2. fol. 65. a. Utrum *in vernacula verſione* dicendum Vater Unſer oder Unſer Vater v. B. *Meiſn.* Coll. Adiaphoriſt. diſp. *IV.* §. 32. 42. p. 69-71. item *Libera nos à malo* Vom böſen (uti adhuc hodiè effertur ad conſecrat. Wittebergæ) oder vom Ubel / *Meiſn.* l. c. §. 43-60. p. 71-74. *Ravensb.* p. 31. f. *Joh. Calvin.* Inſt. *III.* 15. 46.

CCXXXIIX.

CCXXXIIX.

(2.) VErborum *Inſtitutionis Dominicæ Matth.* XXVI. 26. &c. *Marc.* XIV. 22. *Luc.* XXII. 19. *1. Cor.* XI. 23. factæ *in domo Johannis* juxta *Niceph.* Hiſt. Eccleſ. lib. I. c. 28. *ad d. III. Apr.* juxta *Reuſner.* l. c. p. 52. f. Accedit jam verbum ad *Elementum*, & fit *Sacramentum* juxta *S. Auguſt.* tract. *LXXX.* in Joh. fol. 213. cui addantur *Albertin.* de Eucharist. fol. 7. *Arcud.* l. c. c. 26-33. f. 215-255. *B. Bebel.* Eccl. Ev. & Jud. p. 103. & 104. *Bellarm.* l. c. *Biel.* in IV. ſ. d. 8. 3. & Lect. XXXIV. in Can. Miſſ. fol. 54. *Bulling.* l. c. *Buxtorff.* Inſt. Cœn. 53. 54. *Calvin.* l. c. Sect. 43. *Coſetta* l. c. *Caſal.* c. VI-IX. *Cent. Magd.* ſing. capp. 17. *Chamier* l. c. fol. 153. *Clavaſ.* f. 98. *Deucer.* p. 155. 156. *Gerhard.* LL. T. V. ſ. 149. Iſagog. p. 981. & conf. Cathol. Tom. I. gen. pag. 416. *Hopfn.* Iſagog. ad

Cœn-

Cœn. *Hunnius* de Sacram. c. XIV. p. 272. Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordn. fol. 29. m. 302. *D. M. Luther.* Tom. II. Jen. L. fol. 558. a. m. 559. b. m. *Mirandulan.* Apol. qv. VI. fol. 42. *Pelarg.* ad Damaſc. p. 207. a. *Rixner.* de Rit. c. V. ¶. 8. p. 126. 127. *Schlüſſelb.* Catal. Hæret. T. ult. pag. 132. *Selnecc.* ex. Ord. part. IV. pag. 504. 505. *Stuck.* Antiq. Conv. lib. I. c. 33. f. *Tertull.* ad Marcionem lib. V. verſ. 190. pag. 104. *Theol. Witteberg.* contra Calvin. cap. X. pag. 961-965. *Zanch.* Conf. CXIV. §. 5. p. 82 *Zimmerm.* Tr. Fiunt, &c. pag. 320. 321.

CCXXXIX.

Idq; *vernaculâ* non latinâ linguâ uti Pontificii nugantur, contra expreſſum *Apoſtoli* mandatum *1. Cor. XIV.* nec verentur aſſerere *Diabolum in Luthero loquentem hoc inveniſſe, qui hâc vafritie plebejos ac*

rudes homines jam Theologos fecerit, it. conſilium hoc ab iis profectum eſſe, qui Spiritu Erroris agerentur, quas blaſphemas vocex *Ambroſii Compſæ* contra *Cajetanum* (nobiscum facientem) emiſſas *Sixtus Senenſis* refert Biblioth. S. Lib. VI. annot. 263. ſuper 1. Cor. XIV. c. f. 586. m. De quo inter ſe diſceptantes evolvantur *Bellarm.* Tom. III. fol. 128. *Brent.* Apol. peric. II. pag. 918. *Bucholc.* Ind. Chr. p. 505. *Bulling.* de Or. Err. part. II. c. 6. & 8. pag. 208. 221. *Buxtorff.* Inſtit. Cœn. pag. 57. 58. *Cent. Magd.* ſæpiſſimè. *Cham.* ſupplem. Sect. IV. c. 13. fol. 57. *Chemnit.* Ex. Chr. part. II. pag. 157. 310-314. *Chytræ.* prælect. pag. 524-528. *Dannh.* Chriſte. act. I. theol. 2. phænom. I. pag. 459. *Franci* Lamp. contr. Evch. diſſ. II. §. 15. *Gerhard.* conf. Cathol. Tom. 3. art. XV. c. 3. p. 1236-1248. & App. actu XXIV. pag 998. c. IV. Green, diſſert. de

Eccl.

Eccl. Bohem. *Hermann ut.* antidot. p. II. qv. 13. *Himmel.* de diſc. Eccl. c. 10. *Hoſpin.* Hiſt. Sacram. Lib. *III.* c. 1. fol. 192. & 5. fol. 239. lib. V. c. 9. fol. 481. *Hutter. LL. CC.* fol. 979. *Lambertus* de Cauſ. Excœc. Mult. ſæc. tr. V. c. 8. p. 85. m. *D. M. Lut.* Tom. *II.* Jen. Lat. fol. 557. a. f. 558. a. m. de *Maronit.* ſect. V. ¶. 4. 6. de *Moſcov.* c. 14. §. 2. B. *Meiſn.* coll. Adiaph. diſp. IX. §. 19. p. 192. *Menzer.* Exeg. pag. 274. *Mornæ. II.* 6. fol. 261. *Oſiand.* Enchir. cap. *XVII.* 8. pag. 224. *Plaz* Loc. Succ. pag. 616-619. *Polyd. Virgil.* de Inv. R. I. V. c. 13. p. 456. *Ambr. Reuden.* diſſert. de Cœna §. X. D. *Rung.* ſuper epl. ad Rom. diſp. XV. p. 579. *Schaffnab.* p. 17. a. *Sixtus Senenſis* l. c. *Aen. Sylv.* Hiſt. Bohem. c. *XIII.* f. 140. *Zeam.* Uncathol. P. p. 11. fol. 915. b. § 3. *voce clarâ* non ſecretò *Anat.* Miſſ. p. I. ſecl. 4. p. 53-60. *Brent.* l. c. p. 118. Melhöſſer

tra Canon. oder Stillmeß. *Chamier.* T. *IV.* l. c. f. 159. 164. *Hoſpin.* Hiſt. Sacr. l. *II.* 6. fol. 169. V. 10. fol. 487. *Morna.* lib. I. 1. 7. fol. 93. &c. & c. 9. f. 124. *Piccard.* Röm. Bienenkorb p. 78. unde quaſi admirabundus *Aloyſius Novarinus*, poſtquam ex *Alb. M.* tr. 13. in Miſſ. docuiſſet, *verba conſecrationis vulgò non eſſe revelanda* ſubjungit, *audio in Hiſpania alium nunc uſum vigere, cum ſacerdotes in Miſſæ ſacrificio conſecrationis verba elatâ voce proferant ut exaudiri ab adſtantibus poſſint*, Elector. Sacr. Lib. V. c. 64. §. 629. fol. 191. a. f. *Mira res, videle!* Porrò, *ſi Communionem cantari libet, cantetur*, inquit *D. M. Luther.* Tom. *II.* Jen. Lat. fol. 558. a. m.

CCXL.

(3.) C*Rucis figura* ſuper utrâq; ſpecie efformatur. *Hoc ſignô crucis conſecratur corpus Dominicum*

ſancti-

ſanctificatur fons baptiſmatis, initiantur etiam presbyteri & cæteri gradus Eccleſiaſtici & omnia, quæ ſanctificantur, hoc ſignô Dominicæ crucis cum invocatione CHRISTI Nominis conſecrantur, ut pulchrè ad hanc rem *S. Auguſtinus* de Temp. ſerm. CLXXXI. in virgil. Pentec. c. 4. lit. e. fol. 313. ubi & in ſeqq. plura de *ſignaculo Crucis* diſſerit. Addantur ulterius *Calvin.* Inſtit. Relig. Chr. Lib. IV. c. 17. ſect. 28. *Dieter.* Myſteriol. diſp. 9. ſ. 7. *Dorſch.* Myſar. Miſſ. c. 17. ſ. 12. pag. 204. m. f. *Gerhard.* LL. Th. T. V. §. 156. pag. 335. f. & Iſagog. pag. 1162. pr. it. ex parte ſuprà citati ad §. LV. LVI. Quantum aliàs huic à Pontificiis tribui ſoleat ad ſuperſtitionem usq; & blaſphemiam, & tricenum ejus h. l. uſum, meum jam non eſt exponere: conferantur ex eorummet Scriptoribus *Biel* Lect. in Can. Miſſ. XXXVI. fol. 60.

b. 1. pr. *Hermannus*. Antidot. part. *III*. qv. 8. 9. *Staplet*. Promt. Cath. part. *I*. pag. 24. 25. An ſub conſecratione miniſtro liceat *caput tegere*? v. ex *Dedekenno* vol. 1. part. 1. app. fol. 147. *Prückneri* cent. VI. qv. 20. pag. 284. pr.

CCXLI.

(4.) QVo facto, utrumq; vas Evchariſticum *decenter apprehenditur*, idq; *ad repræſentandum factum CHRISTI*: quo quidem *ipſo nihil* plane *peccatur*, juxta Cenſuram *Brochmandi* ſyſt. Theol. Tom. *II*. art. *XXXVI*. cap. 8. ſect. 8. fol. 48. b. m. conf. *Gerhard*. Iſagog. p. 1206. m. etiamſi abdicata fuerit *Elevatio Papiſtica* quam produnt *Durandus* Ration. D. O. I. IV. p. 2. c. 73. *Goar*. Εὐχολ. Gr. fol. 145. 860. 869. refutant v. *Calixt*. de Sacr. Chri. §. 84. it. Indic. de Contr. Theol. §. 112. p. 31. *Chemnit*. Ex. C. Tr.

Tr. p. I. p. 136. *Hoſpin.* Hiſt. Sacram. l. II. c. 1. fol. 31. & IV. 6. fol. 71. *Hutter.* LL. Concord. præf. apolog. c. II. m. 10. *D. M. Luther.* Tom. *II.* Jen. Lat. fol. 558. a. m. W. *Zepper.* Polit. Eccl. lib. I. c. 11. p. 129. 130. Tentzels Widerleg. p. 563. ubi de *Tintinabuli pulſu* quoq; agit, quem *heic loci* alibiq; retentū ſæpiùs miratus fui. conf. *Aleſ.* Ordin. Eccl. Angl. p. 41. a. m. Cædis ad hanc elevationem perpetratæ exemplum memorat. *Machiavell.* Hiſtor. Flor. lib. IIX. p. 434. 437.

CCXLII.

SIcut nec monſtrum illud verbi reiq; *Transſubſtantiationem* nobis excogitamus cum Pontificiis, v. *Acta Theol. Würtenberg.* fol. 240. *Angles* in IV. ſent. p. 87. 92. 132. 146. *Arcud.* l. c. fol. 130. 131. *Areſ.* de tranſm. aquæ *Aſtexan.* IV. 10. 2. qv. ult. & tit. 3. 12. *Bellarm.* T. 3. l. c.

art. VII. p. 602. pr. *Balduinus* Phoſphor. Veri Cathol. p. 1006-1022. *Bebel.* Antiquit. Eccl. p. 226. *Brent.* Apol. p. 792-807. *Brochm.* l. c. fol. 451-453. *Bucholc.* J. Chr. p. 339. *Calixt.* pecul. diſſert. *Calov.* Matæolog. Papp. ſect. III. qv. 5. p. 112. *Cauſ. Decl. Concil. Trid.* p. 163. Cent. Magd. X. c. 6. f. 427. pr. *Chemnit.* Ex. C. Tr. p. II. p. 136. & Theol. Jeſuit. de Cœna ʃ. 1. *Chytræ.* prælect. p. 457-469. *Deucer.* p. 613-617. *Dieter.* Inſtit. p. 739. *Dorſche.* ad Concil. Nic. ſ. *III.* §. 18. p. 119. *Eckard.* Pand. CXXX. p. 568-592. *Ebinger.* Sec. XV. p. 132. *Gerh.* Conf. Cath. Tom. *III.* Epl. dedic. art. *XIV.* c. 2. p. 973. & 1272. 1281. &c. Iſag. p. 1150-1159. *Geſner.* pro Lib. Conc. diſp. X. p. 261. &c. *Heſhus.* art. 17. 2. 5. *Hilſcher.* contra Bec. p. 165-220. *Hoë* Evangel. Handb. art. VI. p. 162. *Höpfn.* Iſag. de Cœn. & diſſ. de Tr. *Hoſpin.* Hiſt. Sacr. lib.

Zeberg. Fidel. Admon. c. *III.* 6. p. 185. *Zeamann.* Uncathol. P. part. *II.* fol. 574. 542. Ex Calvinianis *Albertin.* fol. 35-41. 116-149. *Alſted.* p. 440. a. m. *Aret.* de Cœna Lect. *VI.* p. 122. *Beza* Reſp. ad acta Coll. Mompelg. p. *I.* p. 36. *Bibliand.* Chriſt. Semp. p. 23. a. m. *Bulling.* de Or. Error. part. II. c. 10. p. 227-236. c. 11. 12. p. 236-241. *Calvin.* Inſtit. IV. 17. 12-14. & de Cœn. fol. 7. in Antidot. f. 222. *Catech. Pal.* p. 321. *Chamier.* ſupplem. T. *IV.* c. 7. 8. fol. 28. *Fayus* p. 80. *Franci* Lamp. d. *II.* §. 16. XIIX. 17. XIX. *Mornæ.* de Evch. Lib. *IV.* c. 3-9. fol. 668-769. *Pare.* C. D. qv. 78. p. 419. *Pelarg.* ad Damaſc. p. 2036. *Pezel.* obj. & Reſp. p. IIX. p. 448-520. *Piccard.* Röm. Bienenk. p. 65-98. ubi quidem ad *Metamorphoſin Ovidianam* applicatur p. 68. a. *Ant. Sadeel.* opp. Theol. fol. 432-440. *Scheibl.* Fid. antiqv. Cathol. c. *III.*

art. 6. p. 3208. *Münſter.* p. 9. 6. 7. 86. 87. ita *Cl. Salmaſius* ſub nomine *Simplicii Verini* libellum edidit contra *H. Grot.* de Transſubſt. & Salmaſio reſpondet *Juſtus Pacius* in Reviſione Judicii adde Anatom. Miſſ. p. 81. nec omittatur *Angeli Politiani* Philoſoph. vel potiùs Sophiſtice Bellarmini.

CCXLIII.

UNde & ſcrupulari nolo, *quibus verbis* ſ. *quando fiat conſervatio*. v. *Sixt. Sen.* l. c. annot. III. f. 515? 516. *Biel.* Lect. XXXIIX. f. 64. LIII. f. 99. *Gürtner.* l. c. p. 31. Utrum Chriſtus *ante confecerit quàm verba protulit?* conf. *Angles* p. 84. utrum *hæc verba* ſic accipite *ſint de ſubſtantiâ formæ?* quid *ſignificet* hic, hoc: & utrum hæc quoque *ſint de ejus ſubſtantia? Aſtexan.* IV. 10. utrum *conſecratio Papiſt. habeatur ex quodam Evangelio?* quod ipſe, & rectè quidem

dem negat: utrum *conſecretur in forma Evangeliſtarum & Apoſtolorum?* §. 2. utrum *presbyter totam materiam poſſit couvertere?* utrum *unam partem ſine aliâ?* an & *convertantur, quæ ex oblivione presbyteri in altari ſint poſitæ?* §. 3. utrum *miniſter abſtinere poſſit à conſervatione?* tit. 14. §. 1. utrum *piures unam hoſtiam poſſent conſecrare?* ibid. ſi *miniſter inter conſecrandum moriatur?* Tit. 15. ¶. 1. qv. 1. ſi *materia indebita fuerit ſubminiſtrata?* qv. 6. ſi *corpus miraculoſe appareret ſub ſpeciebus panis & vini, utrum eſſet comedendum?* ibid. tit. 14. ¶. 1. qv. 4. *An formam mutare liceat?* Angles p. 3-5. conf. *Arcud.* l. III. c. 25. f. 209. d. e. f. Utrum *conſecratio an ſumtio ſit ſacram.* p. 16, 17. an *tempore Paſſ. ſervatâ Eucbariſtiâ anima Chriſti à corpore ſeparata fuerit?* p. 94. & quis enumerabit omnes illas quæſtiones in otioſis Monachorum Scholaſticorum cere-

re-

rebellis enatas? Reliqua verò quæ *Canonem Pontif.* concernunt petantur ex autoribus ¶. CLXXVI. laudatis.

CCXLIV.

FInita conſecratione *diſtribuitur* S. Cœna *ſub utraq; ſpecie* contra *Sacrilegam* Pontificiorum πατηριοκλεψίαν, quam propugnant *Angles* p. 112. 113. *Arcud.* l. III. c. 50-54. fol. 390-540. *Aſtexan.* IV. 17. 31. ult. *Becan.* pecul. lib. &. epiſt. it. Man. lib. I. c. 9. p. 155-198. *Bejerlinck.* Conc. Sel. p. 596. *Bellarm.* l. c. *Biel.* Lect. LXXXIV. fol. 181. *Caſal.* de Rit. c. XI. p. 123. XIX. p. 138-144. *Catech. R.* p. 199. 200. *Concil. Conſtantienſe* ſeſſ. XIII. c. 3. p. 120. 121. *Confeſſ. Petrickov.* c. *XL.* f. 77. *Coſter.* in Enchirid. p. 400. *Theod. Cygneus* im eigentlichen Beweiß aus Heil. Schrifft/daß gehorſame Unterthanen gar wohl mit gutem Gewiſſen in der

Ca-

Cathol. Kirchen das H. Sacrament des Altars unter einerley Geſtalt empfahen können. *Davantr.* aſſert. 2. & 3. *Friccius* de Rep. emendand. l. *IV.* c. 19. fol. 304. *Goulart.* p. 47. *Gürtner.* p. 200-330. *Herman.* Antidot. p. II. qv. 5-8. *Inquiſit. Bavar.* art. XIII. *XV.* *Theoll. Pariſ. Determ.* art. VI. fol. 223. *Petrej.* conf. T. & Cypr. Lib. III. c. 6. p. 41. *Polyd. Virg.* lib. V. 10. *Roffenſis* cap. III. p. 25. *Svavis* Hiſt. Concil. Trid. lib. VI. p. 586. 617. 648. &c. *Staplet.* Promt. Cathol. part. II. p. 69-72. *Stengel.* Laqv. retort. p. 55. *Vejel.* de Eccl. Græc. p. 21. conf. de *Marenit.* diſſ. *Gerhard.* ſect. *X.* ſ. 1. & ex parte *Acta Bohemica*, ubi hi *ſub unâ*, alii *ſub utraq;* belligerant. Sed quàm infirmum ſubſit fundamentum & quòd *hoc non obſtante* contra expreſſum DEI inſtitutum totum hoc negotium pro lubitu Romanenſium peragatur ex invictis fundamentis (con-

Colloqv. Prag. p. III. *Gerhard.* Conf. Cathol. T. III. art. XIV. c. 7. p. 1046-1138. 1267. b. 1280. Iſagog. p. 2005. 2123. & Bellarm. ὀρθοδ. art. XII. contr. 7. ¶. 55. p. 74. J. E. *Gerhard.* de Ἀοίν. ſect. II. c. 1. *Green.* l. c. *Heshuſ.* art. XVII. ſ. 4. 14. 17. *Hildebr.* de Rit. §. 41. *Hoë* Evangel. Handb. art. X. p. 215-243. *Hoſpin.* Hiſt. Sacr. Lib. VI. c. 1. fol. 23. & c. 4. fol. 123-136. lib. IV. c. I. f. 284. & 6. fol. 373. lib. V. c. 4. fol. 450. *Hülſem.* Man. A. C. diſp. IIX. qv. 1. pag. 323. XIX. §. 28. pag. 1526. XX. pag. 1376-1478. *Hunn.* de Sacr. cap. XVII. p. 602. 637. *Nic. Hunn.* cred. c. XXVII. §. 727. p. 692-695. *Hutt.* *LL. CC.* fol. 730. 731. *Steph. Lind.* epiſt. lit. B. 7. b. *Lobech.* in A. C. pag. 559. *Lungvviz* lib. II. c. 6. p. 32. *D. M. Luth.* Tom. I. Jen. Lat. fol. 328. 460. Tom. II. fol. 259. 559. *B. Meiſner.* Colleg. Sacram. p. 231. *Joh. Meiſn.* Synt. Contr. P. p. 135. 136.

136. *Menzer.* Exeg. A. C. pag. 272.
& Schol. Theol. Miſcell. pag. 181.
Müller Semic. II. qv. 23. *Joh. Muſa*
diſſert. de hac mat. *Mylius* in *A. C.*
p. II. p. 8. *Oſiand.* Enchir. c. XIIX.
pag. 227. *Papp.* Ep. H. E. pag. 921.
Platz. Luc. Succiſ. loco LXXXV.
pag. 58. 523. *Reihink.* Laqv. pag. 20
& Retract. p. II. art. 10. p. 392 - 526
Renden diſp. de Cœnâ §. 37 - 44.
Rixner de comm. præſanctificat.
p. 35. & de Rit. Evchariſt. pag. 119.
Selnecc. Ex. Ord. p. IV. p. 75 - 76
315 - 321. 505. Analect. pag. 157. 8
Catal. Concil. p. 38. a. 96. a. *Stegm*
l. c. p. 18. 19. & pecul. tract. *Weber*
p. 91. 92. *Weſth.* p. 254 - 260. *Theol*
Witteb. Fid. Adm. p. 176. 221. I
Tenzels Widerl. p. 574. 1146. *Titi*
oſt. Sum. cap. V. p. 91. &c. *Wol*
Lect. Memorab. Cent. IX. Tom.
fol. 193. *Zeamann.* part. I. fol. 5.
p. II. fol. 550. b. 823. *M. Zimmer*
l. c. p. 333 - 336. conf. Schweigke

Re

Reiſebeſchreib. ins Jüd. Land p. 75. f. *Theobaldi Bell.* Huſſit. ubi *Autor* non ſolùm *impii concilii* decretum ſeſſi XIII. memoratur, unde *B. Luthero Obſtantienſe* audiit; verùm & *Academiæ Pragenſis Programma* integrum ſuæ hiſtoriæ inſeruit cap. XXVII. fol. 64. ſeqq. Edidit quoque *Melchior Goldaſtus Haiminsfeldius* libellum ſub rubricâ *Digeſta regia* ſeu de *SS. Evchar.* ſive *Conſtitutiones de SS.* Corpore & Sang. Dn. *I. C.* collectas è *Corpore Juris*, ubi ex reſcriptis *Sigiſm.* & *Ferdinandi I. Impp.* hanc *ſub utrâq;* adminiſtrationem aſſeruit p. 9. 10. 11. Ex Calvinianis v. *Albertin.* toto libro II. *Alſted.* Parat. Theol. 189. 190. 326. Anhalt. Verantw. p. 88. 129. Bibliand. Chriſtianiſm. ſempit. p. 23. b. m. *Bucan.* p. 656. 846. *Bulling.* de O. E. p. II. c. 12. p. 243. 253. *Durell.* de Ritib. c. 12. p. 99. 100. *Morna.* Lib. I. c. 3. f. 55. c. 5. fol. 73. c. 8. f. 112.

112. c. 9. f. 122. c. 10. fol. 126-165. *Oecolamp.* ep. *l.* 9. fol. 17. a.m. *Pezel* Obj. & Reſp. part. *IIX.* pag. 521-612. *Polan.* Synt. Theol. lib. *VI.* cap. 56. *Ravenſp.* p. 117. Röm. Bienenk. pag. 98. *Sadeel.* l. c. fo.. 441-443. Scheibl. l. c. op. dedic. pag. 7. 9. & cap. *II.* art. 1-15. pag. 2-239. Nec omittendus *G. Calixtus*, qui jam demum ad manus venit, in editione Dialogi *G. Caſſandri* de comm. ſub utraq; cum aliis ſuperiore ſeculo de hac materia ſcriptis, actiisq; publicis eò pertinentibus, additâ peculiari *diſſert.* de hac mater. & iteratâ Compellatione ad Academiam Colon. conjunctim impreſſa Helmſtadj. Ao. 1642. Heic mihi non tempero, quin ob uſum Sanguinis Chriſti omnibus communem vindicatum exclamem cum *Mart. Cruſio* Civ. Cœleſt. p. 464. (qui verſus extant quoq; apud *Ant. Fayum* Th. *LXIII.* pag. 295. ...

&

& *Paſchaſ.* Poës partit. part. V. num. 35. pag. 97. p.

Qu } os { an } gvis
H } { San }

{ di } rus { tri } ſti
{ mi } { Chri }

{ mul } cedine { pa } vit
{ dul } { la }

queis propter affinitatem & hos verſiculos adjungere placuit *Inceſt.*

Quæ } ira DEI { PA } TRIS
M } { FRA }

{ propter pec } cata { per } emit.
{ facięs pla } { red }

CCXLV.

MUltum heic ex *altera* parte negotii nobis faceſſunt *Calvi-ani*, dum *Fractionem* miris modis fflagitare non deſiſtunt. vid. *Alſt.* 119. 121. 136. 317. Anhalt. Verantw. g. 101-104. 116. 119. *Beza* in Epi-ſtolis

ſtolis *Bucan.* Inſtit. p. 666. *Buxtorf.* Inſt. Cœn. p. 36. 4. *Chamier.* lib. I cap. 13. ſ. 7. fol. a. & *VII.* 11. fol. 183. 184. *Franc.* Lamp. diſp. 1. §. 30. *Funger.* p. 538. *Hoſpin.* H. S. II. 1. fol. 30. & V. 5. 462. &c. Kniſebeck cauſa 2. & 3. *Martinii* Lex. Philol. fol. 2476. *Münſter* p. 28. a. 73-75. *Theol. Palat.* im Bericht pag. 421. it. de libro Conc. p. 7780. *Pelarg.* de Fr. e. *Polan.* Partit. Theol. p. 122-126. *Ravensberg.* pag. 128. f. *Urſin.* Catech. pag. 514-535. *Zanch.* l. c. *Zepper.* politi. Eccl. I. 11. pag. 129 135. Sed omnia eorum momenta quanta quanta, dudum diluerunt *Balduin.* contra Catech. Racc. art. V. c. 3. p. 342. 343. *Joh. Jac. Bernhardi* de Fract. Pan. *Brochm.* Tom. 2. fol. 442-448. 472. *Carpz.* Iſag. p. 1113. 1449. *Deucer.* p. 148. 582. *Diet.* Inſt. p. 699-707. & Myſteriôl. diſp. IIX-X. *Dorſch.* ad Concil. Nic. III. 44. p. 172-191. *Eckard.* Faſcic. c.

XXVI. qv. 2. p. 618-631. *Forſterus* pecul. tr. de Statu controv. circa Fr. *P. Gerhard. LL. CC.* Tom. V. ¶. 157. p. 336. & Iſag. pag. 1162-1165. *Höckel.* Specim. pag. 366. *Höpffner.* de Cœn. part. *I.* p. 169-203. *Hülſem.* Ext. Brev. c. XIII. ¶. 16. *Aeg. Hunn.* de Sacram c. XIV. p. 258-264. *Nic. Hunn.* Cred. ¶. 794. p. 664-667. *Hutttr. LL. CC.* fol. 690-695. *Meiſner.* Colleg. Ad. p. 20. 24. 153. &c. *Menzer.* Exeg. p. 264. 398. 402. *Rixner.* de Rit. c. IX. ¶. 14. p. 121. *Scherzer.* Colleg. Antiſocin. diſp. CXIII. pag. 916. 917. *Winckelm.* Faſcic. p. 59. *Theol. Witteb.* contra Catech. R. p. 362. & Anh. Verantw. pag. 169. 164. 214-236. adde *Heſſelb.* Antidot. de ἀρτοκλασία contra Galenium conf. *Biel.* Lect. XXX. fol. 170. &c.

CCXLVI.

UTrum autem *ſimul panis & vinum conſecranda* ſint, & diſtri-bu-

buenda *conjunctim* an *diviſim*? quia *S. Lucas* diviſam conſecrationem & diſtributionem inferat, XXII. 19. 20. ex *D. F. Fulgentio* jam olim quærebat *Ferrandus Diac.* cui quid reſponſum fuerit, v. in opp. *S. Patris* pag. 315. &c. & 359. &c. Heic quoqꝫ liberum permittit *D. M. Lutherus* Epiſcopo, *quo ordine velit utramqꝫ ſpeciem vel ſumere, vel miniſtrare: poterit enim utrunqꝫ nempe P. & V. continuò benedicere, antequam panem ſumſerit: vel inter benedictionem P. & V. ſtatim ſeſe, & quotquot voluerit, pane communicare: deinde vinum benedicere ac demum omnibus bibendum dare, quo ritu CHRISTUS uſus videtur fuiſſe - - - Sed hic ritus nimis novus non patietur ea fieri, quæ hactenus poſt benedictionem diximus, niſi & ipſa mutentur.* Tom. 2. Jen. Lat. fol. 558. b. pr. idemqꝫ habetur in Churfürſtl. Sächſ. Kirchenordnung. fol. 27. f.

CCXLVII.

CCXLVII.

V*Erba diſtribuentis*, olim erant {*CORPUS* / *SANGUIS*} *CHRISTI!* ad quæ communicans reponebat *AMEN.* vid. ex *Clem. R.* Conſtit. Apl. lib. *IIX.* c. 20. *Rixner.* Rit. c. *IX.* §. 22. pag. 138. 139. Hodierna autem verba notiora ſunt, quàm quæ afferri debeant. v. *Luther.* l. c. a. f. ℜ. ℧. fol. 27. f. 28. conf. *Biel.* Lect. 82. 83. in Can. M. fol. 166. &c. *Mornæ.* de Evchar. I. 5. fol. 74.

CCIIL.

D*Iſtribuunt* in noſtris Baſilicis *Miniſtri Verbi* omnes ac ſinguli non certi aliqui, velut in Papatu, conf. *Biel.* l. c. lect. V. fol. 7. apud quos *Bonus Sacerdos* habetur vulgò, qui habet *tria benè*; *benè* ſcilicet *poteſt legere* (ergò dantur apud eos, *qui non noverunt benè legere? Ehodum*

verò *bonos viros, curabunt probè!* Ter. And. V. 2. 5. 6.) *benè canere, benè miſſas facere,* referente *Elia Haſenmüllero* Triumph. Pap. cap. IX. pag. 396. f. Confer ex eisdem *Aſtexan.* Cas. Conſc. Lib. IV. tit. 13. §. 1. qv. 12. *Cellotii* Hierarch. Lib. *VI.* c. 9. fol. 444. 445. *Coppenſtein.* Theomach. part. *III.* qv. 3. *Lancellot.* Inſt. Canon. Lib. 2. c. 6. pag. 145. m. quibus adhuc adde *Cent. Magd. IV.* fol. 426. *V.* 667. *Cyprian.* Epl. Lib. *III.* 17. fol. 97. f. Et quamvis circa *Argentinam*, ac fortè alicubi circa *Civitates Imperiales* alibi *Studioſi* quoq; *Theologiæ*, non ad conſecrationem quidem; ſed *ad Diſtributionem* tamen admitti queant ac ſoleant, uti αὐτόπται narrant, & qui ipſi Sacerdotes diſtribuentes adjuverant; apud Nos tamen in Electoratu Saxonico nemo admittitur, niſi *Ordinarius VERBI Miniſter.* in genere hanc materiam promiſcuè

cuè tractant *Angles* in *IV*. pag. 146-152: *Aſtexan*. l. c. *Bibliand*. præfat. d. 1. b. pr. *Bucan*. p. 654. *Caſal*. de Rit. c. XIII. p. 129. m. XV. p. 132. 133. *Catech. Rom*. p. 201. 202. *Chamier*. I. 13. 3. fol. 14. *Chytræ* prælect. p. 528. 529. *Clavaſ*. fol. 99. *Concil*. Tom. 2. fol. 91. a. 95. e. *Dieter*. Myſteriol. *I*. 7. p. 9. 10. *VII*. p. 163. *IIX*. p. 226. *Hoſpin*. H. S. *II*. 1. fol. 21. c. 10. fol. 184. *III*. 1. fol. 187. *Hunn*. de Sacram. c. *XIII*. p. 225. &c. *Hutter*. *LL. CC*. fol. 593. 594. 727. a. *Inquiſit*. Bavar. art. XIIX. *Lobech*. in A. C. pag. 264. *Luther*. T. 2. L. Jen. fol. 550. a. *Mylius* in A. C. p. 152. *Theoll. Palat*. im Bericht &c. p. 451. *Pelarg*. ad Damaſc. *IV*. 4. p. 207. b. pr. *Rixner*. Rit. p. 128. 129. *Scherzer*. Colleg. Antiſoc. diſp. *CXXIV*. pag. 1005. *Selnecc*. Ex. Ord. *I*. p. 23. *IV*. p. 38. Quid fiat, ſi miniſter ſit *malus*? *Aſtexan*. IV. 13. 3. V. 1. 8. 16. 2. *Hutter*. *LL. CC*. fol. 594. 595. *Si*

 mutilus?

mutilus? Aſtex. IV. 13. 2. *ſi ſiniſtrâ manu* deſtituatur? *Geſner.* prohib. Conc. diſp. XV. c. 2. th. 11. 17. pag. 545. &c. Apud *Calvinian.* panem *Miniſter VERBI*, calicem verò *Seniores Eccleſiæ, qui morum cenſuræ præſunt, poſtulo diſtribunt*, juxta *Calvin.* in Form. Adminiſtr. Sacr. fol. 41. a. pr. Sed rurſum quæritur, anne quis *ſibiipſi* poteſt communicare? v. *Ales* Ord. Eccl. Angl. pag. 42. b. f. & *Libell.* Prec. Angl. p. 146. itemq; *Aſtexan* IV. 13. 1. 2. *Carpzov.* Def. Eccl. II. 18. 293. fol. 446-448. *Chemnit.* Ex. C. Tr. part. II. pag. 180. *Concil. Cpltan. in Trull.* c. 58. p. 405. *Dieter.* Myſt. VI. 16. *Franc.* diſp. VII. 21. *Gerhard.* Iſag. p. 1099. &c. *Gürtner.* c. IIX. p. 195-200. *Hutter. LL. CC.* fol. 726. *Luther.* T. 2. I. L. fol. 158. cujus verba extant §. *CCXLVI. An pro aliis? Dieteric.* Myſteriolog. l. c. & IIX. 12. adde §. *CCXLIV. Elingues, mutos, fatuos,*

tuos, etiamſi ſint ſacerdotes, hinc excludit *Biel*. Lect. I. fol. 3. a 2. m. & VI. fol. 7. b. 2. 8. Sed apud nos ejusmodi homines à promotione excluderentur, aut ſin poſt promotionem malum tale cuiquam obveniret, Scholaſtico vel tacente ſana ratio dictaret, quid eis fieri debeat. *Jejunum* Miniſtrum requirit & urget *Biel*. Lect. X. fol. 12. conf. *Concil. Carthagin.* can. XLI. pag. 228. 229.

CCIL.

Miniſter ejusmodi certa veſte Sacramentali induitur, ringentibus licet *Calvinianis*, *Beza* Epl. XII. pag. 97. *Bibliand.* l. c. *Bulling.* O. E. p. 207. 208. *Buxtorff.* Inſt. Cœn. p. 58. *Durell.* c. XI. p. 89. c. XV. XVI. p. 121. *Hoſp.* H. S. II. 1. f. 187. 173. *Mornæ.* II. 8. fol. 292. &c. *Rietſchel.* p. 21. 22. *Zanch.* fol. 445. *Zeppero* I. 14. p. 159. contra-

rium quippe dudum obtinuerunt *Bebel.* Eccl. Ev. pag. 761. Conſtit. Elect. lit. *B.*2. (*Dieter.* Myſteriol. IX. 28. *Joh. C. Dieter.* Antiquit. Bibl. fol. 192. &c. *Eckard.* Faſcic. c. XXVI. qv. 8. pag. 692. *Gallus* & *Flacius* in Reſponſ. de Veſte. Miſſ. *Gerh.* Conf. Cath. T. 2. artic. XV. p. 1296. & Iſagog. p. 1206 *Hutter.* in Lib. Conc. p. 1004. *Luther.* Tom. 2. Jen. Lat. fol. 558. 559. *Meiſn.* Coll. Ad. p. 191. 192. *Menz. Exeg.* p. 276. *Philips* in Clero c. X. §. 202. p. 107. & Fid. Diſpenſ. IIX. 127. &c. pag. 110-114. Quedlergr. p. 285-288. *Scherzer.* Coll. Antiſoc. d. *CXXIX.* pag. 1047. *Witteb.* contra Anhalt. Verantw. p. 97-112. Ex Pontificiis, ſi lubet, addantur *Amalar. Fort.* II. 16-24. fol. 339-341. *Beleth.* p. 58. a. Biel. Lect. X. fol. 13. 14. *Caſal.* c. XXIII. p. 199. *Caſſetta* p. 792. *Codinus* l. c. Lib. I. cap. 16. & ad eund. *Jac. Gretſerus* in Notis fol. 174. *Concil. Cpltan.* in *Trull.*

Trull. can. 27. p. 381. & *Nicæn.* II. c. 16. p. 450. it. Tom. 2. fol. 93. b. *Ditmar.* p. 198. m. *Durand.* III. 1. 23-31. *Ferrar.* de Re Veſt. part. 1. pag. 109. *Goar.* in Ευχολογ. Græcor. fol. 31. ſ 110. *Goulart.* p. 4. *Graſſer.* Theol. Myſt. d. XIX. pag. 91-93. *Legatio Luitpr.* p. 114. 115. de *Maronitis*, diſp. Gerh. ſect. XI. ſ. 6. *Miſſa Mozarab.* T. XV. Biblioth. PP. fol. 764. h. *Novarin.* Elect. Sacr. Lib. V. c. 91. ſ. 791. fol. 257. cap. 110. §. 935. fol. 295. a. f. *Platina* p. 55. b. 31. 38. *Polyd. Virg.* VI. 12. VII. 3. *Rupert. Tuit.* I. 8-27. II. 24. *Salmaſ.* ad Tertull. de Pallio pag. 78. *Staplet.* Promt. Cathol. part. II. pag. 212. *Walafr. Strabo* c. XXIV. conf. *Sozomen.* H. E. VI. 20. & ſcripta Adiaphoriſtica pluria.

CCL.

DIſtribuunt Miniſtri ſingulis fidelibus, non Miniſter primo, primus

primus ſecundo &c. & ſic deinceps. vide *Arcud. III.* 53. fol. 330. &c. *Bebel.* Antiquit. l. Eccl. *III.* 6. 11. pag. 193. f. *Bucholc.* Indic. Chronol. pag. 159. f. *Bulling.* l. c. p. 209. a. *Calvin.* Inſtit. *IV.* 17. 43. fol. 555. *Chamier.* l. c. c. 20. fol. 196. &c. *Gerhard.* Iſag. pag. 1166. *Menzer.* p. 401. *Münſter.* p. 75-78. *Niceph.* H. E. *XII.* 28. fol. 776. d. *Rixner.* Rit. c. *IX.* §. 13. p. 130. *Nobiliſſ. DN. Jac. Thomaſius* in diſp. de Poculo Johann. c. *I.* adde *Aleſ.* p. 44. 45. *Ditmar.* pag. 161. f. Stultè quærit *Aſtexanus*, *ſi quis credat ſe eſſe presbyterum, cùm non ſit? IV.* 13. a. 2. & 15. 1. 4. Apud nos certè ſi fanaticus ejusmodi exoriretur *Anticyras* eum *navigare juberemus* cum *Eraſmo* Chili fol. 403. & diſcere, utrum verum ſit, annon? Tali

Danda eſt ellebori multò pars maxima; certè
Neſcio an Anticyram ratio illi deſtinet omnem.

juxta *Horatium* Satyr. lib. *II.* ſerm.

3. v.

3. v. 82. 83. Si viveret adhuc Autor ille,

I, bibe, dixiſſem purgantes pectora ſuccos

Et quicquid tota naſcitur Anticyrâ, cum *Ovidio* in Eplis.

De *Adminiſtratione Cœnæ, ubi Paſtores non ſunt*, peculiarem libellum *Hugo Grotius* edidit.

CCLI.

SIc conſecratam, ſic diſtributam utranqꝫ ſpeciem *accipiunt homines* (1.) *Soli.* (v. *Dieteric.* Inſt. Catech. pag. 765. it. *Bibliand.* præf. c. V. 6. b. f. De horrendo Gallorum facto, qui *aſino* hoſtiam dederunt, vid. *Joh. Bodin.* Dæmonom. Lib. *II.* 8. pag. 380. ex *Jov. Pontani* Hiſt. Neapolit. Lib. V. p. 584. citante *Gerhardo* Conf. Cathol. Tom. *III.* append. artic. XV. pag. 1294. 1295. iiqꝫ (2.) *eodem loco habitantes*, juxta §. LXIIX. &c. (3.) *Uſum SS. Cœnæ in-*

telligentes & legitimè expetentes, v. *Weiſſii* Diſp. de Admittendis ad S. Cœn. §. 11-14. cujuscunque (4.) *Sexu*, (5.) *Statûs*, *conditionisve* ſint, tam *Clerici* quàm *laici*: vide *Aret*. de Cœn. Lect. VI. p. 129. m. f. *Calixt*. de Sacr. §. *LXIII*. *Cellot*. Hierarch. lib. VI. c. 16. fol. 477-479. *Concil*. Tom. 2. fol. 22. a. b. *Dannhauer* Chriſte. act. 1. Metamorph. 5. pag. 817. *Evagr*. Hiſt. Eccl. lib. VI. c. 12. fol. 623. g. *Euſeb*. VI. 35. fol. 179. *Gerhard*. LL. Tom. V. §. 64. *Hoſp*. Hiſt. Sacram. Lib. *II*. c. 1. fol. 213. *Kettembeil* ad Albaſpin. Obſerv. lib. *I*. 4. pag. 75. *Optat*. *Milevit* lib. *VII*. pag. 200. *Rixner* de Comm. Laic. it. Rit. Evch. c. *IX*. §. 18. p. 135. m. *Roffenſis* contra Captivit. Babyl. cap. *III*. p. 25. b. f. Scheibler Fid. ant. c. *II*. art. 8. ¶. 5. pag. 153. Weiſſe §. 8. *Zimmerm*. pag. 327-330. ſive ſint ex ordine *carnificum*, ſive *lictorum*, Weiſe §. 9. quamvis alicubi

more

more receptum meminerim, ut in ſuburbana Baſilicâ tales communicent.

CCLII.

(6.) QVi frui poſſunt, Weiſ. ¶. 15. & (7.) ſe probare, *A. C.* art. XXIV. pag. 24. f. *Novarin.* l. c. V. 7. 8. 106. &c. fol. 39. *Pare.* Corp. d. pag. 458. &c. Weiß. §. 20. (8.) *fundamentum fidei*, rectè nôrunt, in eâq; firmiter perſiſtunt. Weiſ. ¶. 26. 31 (9.) *moderatè vivunt*, Kirch. Ordn. fol. 302, 303. Weiß §. 25. (10.) *pœnitentiam conteſtantur.* Weiſ. §. 32. 33.

CCLIII.

ETſi intereà DEO καρδιογνώςῃ relinquatur notitia *dignorum*, an *indignorum convivarum.* v. *Auguſt.* Ep. *CXIIX.* ad Jan. cap. 3. p. 580. & ſerm. de T. fol. 135 136. *Bodenborg.* p. 66. *Calixt.* de Sacr. ¶. 90. *Chytræ.*

prælect. pag. 225. *Dieter.* Myſter. IX. 6-12. 16. 19. *Gerhard.* Iſag. pag. 1170 - 1195. &c. *Hökelius* l. c. p. 345. *Hülſem.* Ext. Brev. c. *XIII.* 1. p. 203. *Hutter. LL. CC.* fol. 713. & in. A. C. diſp. *XI.* ſ. 28. *Lobech.* in eand. pag. 309. *Luther.* Tom. 1. Jen. Lat. fol. 331. Tom. 2. fol. 551. &c. 559. &c. *Menzer.* Exeg. p. 270. *Muller.* Sem. *II.* qv. 46. pag. 238. *Mylius* in A. C. pag. 153. &c. *Oſiand.* Enchir. Calv. c. *II.* qvæſt. 2. pag. 74. *Philips.* diſp. c. *VI.* §. 98-107. &c. *Rixner.* Rit. c. *VII.* pag. 93. it. 48-67. *Selnecc.* Ex. Ord. p. *IV.* pag. 249. f. it. Bericht von der Gegenw. cum expl. Joh. Lagi. Weiſ. l. c. *Winkelm.* Faſc. p. 41. 42. *Weſtb.* pag. 260. &c. *Witteb.* contra Cat. Raccov. pag. 388. ex Pontificiis *Aſtexan. IV.* 17. 2. 4. *VII.* 19. per tot. *Biel* in *IV* d. 9. 1. 2. *Confeſſ. Petrikov.* c. *XLIV.* fol. 105. 106. *Engelgr.* l. c. pag. 241. *Novarin.* Elect. S. *VI.* 118. 976. fol 309. *Thomas III.* 80. *Clavaſ.* fol.

fol. 101. Ex Calvinianis, *Beza* Epl. *XII.* pag.100. 122. it. 151. *Bucan.* pag. 836. *Catech. Palat.* pag. 329. *Franci* diſp. *XV. XVI. Theoll. Pal.* im **Bericht vom Comœdibuch** p. *II.* quæſt. 197. *Pare.* Corp. d. pag. 960. & com in 1. Cor. *Pelarg.* ad Damaſc. p.207. *Pezel.* p. *IIX.* Obj. pag. 400. &c. *Zanch.* fol. 411. b. f. 629. a.

CCLIV.

MUlta nimis heic monenda, diſcutienda occurrunt, queis præſens opella non ſufficit, & jamdum ultra quàm putaſſem, ſub manu quaſi excrevit: quocirca ordine Materiarum pariter & Autorum alphabetico ſervato per remiſſiones ſolum in harum rerum Scriptores optimæ notæ quæretur, quid fieri deceat (1.) *Abſtemiis*, *ἀοίνοις*, inviniis? (quo eleganti vocabulo Græcum exprimit *Pricæus* in notis ad *Apulej.* Metamorph. pag. 694.) vide-

videantur *Beza* Epl. XXV. p. 154. 155. *Brent.* *Apol.* Wurt. pericop. 2. pag. 821. *Brochm.* T. 2. fol. 477. *Balduin.* Caſ. Conſc. lib. III. cap. 12. caſu 11. p. 454. & *Phoſph.* veri Cathol. contra Pazmann. Lib. II. c. 9. pag. 1055. &c. *Chemnit.* Inſtruct. futuror. Miniſtr. Eccl. c. VII. ¶. 8. p. 344. *Deucer.* l. c. *Contr. Dieter.* Myſter. diſp. IX. 15. *Vid. Dieter.* ap. *Dedeken.* Tom. 1. Conſil. fol. 298. *Eichſfeld.* Orthod. Cas. p. 221. *J. Gerhard.* Tom. V. §. 227. & Iſag. p. 1197. m. *Joh. Ern. Gerhard.* diſp. pecul. Ἀοἴν. ἄν. ſive, *cum Abſtemiis quid agendum in SS. Synaxi?* præcipuè ſect. 2. *Hoë* Evangel. Handb. artic X. p. 241-243. *Hunn.* de Sacr. c. XVII. p. 635. *Hutter.* *LL. CC.* fol. 729. a. m. *Königs* *C. C.* ap. 4. *Sim. Pauli* Method. part. III. loc. 28. pag. 134. *Reinecc.* Panopl. T. IV. c. 18. fol. 255. b. *DN. D. Scherzer.* Collg. Antiſocin. diſp. CXX. num. 71. pag. 976. f.

CCLV.

CCLV.

(2.) A *Buſuris notoriè*, *Weiſ.* §. 42. ſcilicet ad (1.) *criminis purgationem* v. *Concil. Wormat.* can. 15. Tom. 2. fol. 119. *Ditmar.* p. 40. f. *Gregor. Turon.* Hiſt. Fr. lib. X. c. 7. p. 542. *Gerh. C. C.* T. 3. ap. pag. 1287. &c. *Lampad.* Mellific. Hiſt. p. III. pag. 197. *Papp.* Epit. H. E. pag. 254. *Schaffnab.* p. 32. a. f. 249. a. m. *Selnecc.* Ex. Ord. p. IV. pag. 505. a. f. *Sixt. Sen.* Bibl. S. Lib. VI. ann. 196. f. 555. *Weiſ.* §. 44. (b.) ad *enthuſiaſmum confirmandum*, *Weiſſe* §. 46. c. ad *fœdus ineundum*, *Hoſpin.* H. S. IV. 2. fol. 186. *Weiſ.* §. 40. (d.) ad *fugandos dæmonas*, Brent. Apol. pericop. *II.* pag. 890. 891. *Novarin.* l. c. excurſ. 461. §. 601. fol. 184. *Gerh.* Conf. Cath. T. 3. artic. XV. in app. p. 1294. 1295. *Bodin.* l. c. (e.) ad *incendia reſtinguenda*. *Cent. Magd.* XI. c. 6. fol. 279. pr. *Dieter.* Inſt. Cat.

p. 765.

p. 765. *Hoſt in.* l. c. velut & ſuperiore ANNO LXXIII. in Novellis percipiebamus, exorto *Madriti* d. XV. Octobr. incendio, *Patres* Capucinos cum *Sanctiſſimo* accurriſſe, & confeſtim illud, ſi credere fas eſt, deletum fuiſſe. (f.) ad *morbos curandos Quiſtorp.* Pi. deſider. pag. 60. (g) ad *partus gravidarum maturationem. Caut.* Declin. C. Trid. pag. 239. a. f. (h.) *ad redemptionem animæ & corporis.* quas *Beda* Hiſtor. lib. IV. c. 22. nugas (*dignam ſanè & firmam probationem ex rumore ad rem tantam confirmandam!*) aliaq; hujusmodi commenta Pontificia congeſſerunt *Centuriat. Magd.* H. E. C. VII. cap. 13. §. *Signa mendacia pro Miſſa* &c. fol. 577-579. quò & illud *Novarini* effatum pertinet, ſumtione Cœnæ *ſuccurri animabus in purgatorio conſtitutis*, ut pura mit Seelmeſſen. Elect. Sacr. Lib. V. c. 65. excurſ. 52. fol. 202. vide

ſuperius

ſuperius §.CLIIX.(3.) *Angelis*, nam & hi communicare poterunt, quia Chriſtus in Scripturis vocatur *cibus Angelorum*? v. *Hutter. LL. CC.* fol. 728. a. pr.

CCLVI.

(4.) C*Atechumenis*. v. *Albaſpin.* II. 35. p. 276. it. p. 411. *Alſt.* Parat. Theol. pag. 49. b. f. *Ambroſ.* Tom. 3. lib. V. epiſt. 33. fol. 39. a. f. *Auguſtin.* ſerm. fol. 52. b. 61. a. *Bejerlinck.* Conc. Sel. p. 627. *Brochm.* T. 2. fol. 366-368. *Calvin.* Lex. Jur. fol. 145. *Caſal.* c. XX. p. 144. *Cellot.* Lib. VI. c. 25. fol. 531-547. *Cent. M.* capp. VI. *Dieter.* Inſt. Catech. pag. 1. 2. *Dilherr.* Elect. Lib. *II.* c. 2. pag. 171. &c. *Dorſche.* ad Concil. Nic. p. 133. *Funger.* Etymol. p. 169. *Gerhard.* LL. Tom. V. pag. 1. 2. 3. *Martinii* Lex. Philol. fol. 411. *Rixner.* de Rit. p. 155. m. *Scheræ.* Miſcell. p. 75. *Strauch.* de Cat. ¶. 12. *Weber.* de Con-

1960. *Joh. Meiſner.* prælect. publ. de Miniſt. Eccl. c. VI. ¶. 19. *Mornæ.* de Evch. Lib. I. c. 4. fol. 63. &c. *Optat. Mil.* lib. VII. *Petrej.* lib. III. c. 8. 5. pag. 50. a. f. *Polydor. Virg.* de Rer. Inventor. Lib. V. cap. 12. pag. 452. &c. *Prætor.* Synt. Mus. pag. 50. *Quiſtorp.* Pi Deſid. pag. 43-45. *Rixner.* de Rit. p. 75-78. 142. 143. *Strauch.* l. c. *Stuck.* Antiqv. Conviv. Lib. I. c. 16 fol. 32. 33. *Weber.* de Conv. Germ. p. 187. *Weiſ.* l. c. *Zanch.* fol. 640. *Zimmerm.* pag. 416. &c. confer ſuprà §. CCXIV.

CCLVII.

(5.) *Confeſſionem uſitatam detrectantibus Aſtexan.* IV. 18. 1. 4. *Hutter.* fol. 729. *Weiſ.* l. c. (6.) *Converſis & reſipiſcentibus* ex enormi quodam lapſu. *Carpz.* Defin. Eccl. 267. &c. 404. (7.) *Dormienti.* ex *Emm. Sa* Aphor. Confeſſ. p. 26. *Lyſerus* de Sacram. dec. I. diſp. 2. theſi

theſi 11. (8.) *Ebrioſis Weiße* ¶. 24. (9.) *Excommunicatis. Alſted.* p. 108-110. 165-169. 191. *Angles* in IV. parte 2. pag. 5-59. *Bucan.* p. 535. *Bucholc.* p. 215. *Calvin.* Inſtit. IV. 10. 2. 7. *Carion.* Chron. p. III. pag. 553. *Caſal.* cap. XXIX. pag. 159. *Chryſoſt.* Homil. in Babylam pag. 18. &c. *Clavaſio* fol. 103. *Engelgr.* L. E. p. *I.* p. 115. *Goulart.* p. 114-117. *Hermannut.* p. *II.* qv. 18. *Hülſem.* de Correpت. Fr. ¶. *XIIX.* part. 2. p. 236. &c. Kirchen-O. fol. 306. &c. *Pezel.* Obj. p. IIX. p. 417. *Philips* l. c. *Schaffnab.* p. 233. *Sozom.* H. E. VII. 24. fol. 839. *Theodorit.* V. 7. fol. 159. *Selnecc.* Ex. Ord. p. IV. pag. 38-55. *Thomas* p. III. addit qv. 21. 22. *Weiße* ¶. 6. *Wigand.* tr. de Clave lig. & ſolv. *Zanch.* fol. 675. *Zepper.* I. 16-21. p. 194. &c. *Zimmer.* p. 361. *Zwingl.* Epl. Lib. I. p. 22. 28. fol. 30. a. 42. &c. II. 7. fol. 77. it. 94. d. conf. Eraſti tract. de Excomm.

(16.) *Fidei*

CCLIIX.

(10.) F*Idei* vel *planè ignaris*, vel alienæ *inniſuris*. Weiſſe. ſ. 29. 30. (11.) *Furioſis*. *Angles* in IV. p. 1. p. 108. *Aſtex*. IV. 17. 4. 6. *Catech. Rom*. p. 200. *Deucer*. l. c. *Diet*. Myſteriol. IX. 13. & Catech. pag. 766. *Gerhard*. Iſ. pag. 1196. f. *Hutter*. *LL. CC*. fol. 728. b. f. *Sa* l. c. & pag. 229. m. §. 3. Weiße. ¶. 22. (12.) *Hæreticis*, *Biel* in IV. d. 13. 2. *Cent. Magd*. V. 6. f. 670. 671. *Dav. à Mauden*. Diſc. Moral. ſuper præc. I. num. 9. fol. 49. ſeqq. (13.) *Hiſtrionibus*, *Aſtexan*. IV. 17. 4. 2. *Hutter*. fol. 728. b. m. f. *Lancell*. l. c. pag. 146. *Quiſtorp*. pag. 63. 64. *Dieter*. Myſteriol. IX. 13.

CCLIX.

(14.) I*Nfantibus*, & qui nondum ad diſcretionis annos pertigerint. *Acta Theoll. Wit*. fol. 191. *Angles*. pag. 93. 109. *Areud*. I. 14. fol.

fol. 39 45. III. 40. 43. 46. f. 278. &c *Aſtexan.* IV. 17. 8. ult. *Bibliand* præfat. cit. lit. & 1. a. pr. *Brochm* T. 2. fol. 479. *Calvin.* Inſt. IV. 16 30. *Catech. Rom.* pag. 200. *Chamier* T. 1. Lib. 1. c. 13. ¶. 5. fol. 14. a. m *Chemnit.* Ex. C. Tr. part. II. p. 247. m. *Dannhauer.* Chriſte. pag. 468. *Deucer.* p. 157. f. *Dieter.* Inſt. Cat. p. 765. &c. & Myſteriol. diſp. IX. 13. *Eckard.* Faſcic. cap. XX. 26. p. 609. *Franci* diſp. II. §. 29. *Gerhard.* Conf. Cath. T. gener. p. 373. a. f. LL. T. V. §. 490. &c. Iſag. p. 1121. 1197. &c. *Hildebr.* Art. b. Mor. c. V. §. 2. pag. 58 &c. *Hoſpin.* H.S. III. 3. (2°) f. 59-61. *Hülſem.* Breviar. c. *XIII.* §. 20. p. 209 *Hutter.* LL. fol. 728. a. m. *Luth.* T. 1. Jen. L. fol. 166. *J. F. Mayer* tr. pecul. de *Maronitis* diſp. Gerhard. XIIX. ult. *Novarin.* Elect S. Lib. VI. cap. 118. ¶. 978. fol. 310. *Pelarg.* ad Dam. pag. 207. b. m. *Pezel.* Obj. p. IIX. pag. 113. *Polan.* Synt. Theol. col.

3232-3235. *Rixner.* de Rit. c. XI. pag. 158. *Sa* pag. 232. *Scheibler* p. 146-148. *Schvveigker.* Reiſebeſchr. pag. 75. *Selneccer.* Ex. Ord. p. IV. pag. 389. *Sylvius* addit. ad Caranz. in *Concil. Tolet. XI.* can. 11. pag. 440. f. *Vejel.* de Eccl. Gr. p. 11. f. *Zvvingl.* Epl. lib. I. 23. fol. 32.

CCLX.

(15.) I*Nfidelibus*, puta *Judais* vel *Turcis*. *Dieter.* Myſter. IX. 13. (16.) *Lingvæ pegrinæ* hominibus, per interpretem loquentib9. *Carpz.* Defin. 278. fol. 419. (17.) *Litigantib9* in foro. *Ameſ.* de Conſc. IV. 28. 2. pag. 249. *Carpz.* Def. 265. fol. 399-402. & 286-288. fol. 433-439. *Deuc.* pag. 158. *Novarin.* c. 38. excurſ. 34. 35. §. 435. &c. fol. 135. Kirchenordn. fol. 301. *Quiſtorp.* pag. 64-66. Weiß. §. 36. (18.) *Magis.* *Hutter.* fol. 729. a. pr. (19.) *Monſtris* *Albaſſin.* Obſ. II. 13. 14. p. 184. &c. conf. *Brochm.* T. 2. f. 602. b. m. CCLXI.

Digitized by Google

CCLXI.

(20.) M*Orionibus. Dieter.* Myſter. IX. 13. *Hutter.* 728. b. m.

(21.) *Mortuis. Chamier.* l. c. *Concil. Carthag.* can. 18. pag. 212. *Cpltan. in Trullo* c. 33. p. 421. it. Tom. 2. fol. 952. *Dieter.* l. c. 21. *Gerhard.* LL. T. V. p. 489. & Iſag. pag. 1197. f. *Gretſer.* de F. C. II. 13. p. 137. *Hild.* Off. IIX. 6. 7. p. 63. &c. *Hoſp.* H. S. *II.* 2. fol. 58. *Kettemb.* ad Alb. *I.* 9. p. 88. 89. *Lyſer* de Sacr. l. c. *Zimm.* pag. 331. Conqueritur *H. Bulling.* quod *in Eccleſia Tigurina ſimile quid paulò ante reformationem acciderit; eidemq; occaſionem dederit.* adv. Cochlæ. c. *XXIX.* pag. 62. b. f. adde Tentzels Widerl. pag. 610.

CCLXII.

(22.) M*Utis. Brochm.* 477. *Deucer.* 158. *Diet.* l. c. 14. *Gerh.* LL. V. 487. Iſag. 1197. *Hutter.* 729. a. f.

a. f. b. *Mengering.* Inform. p. 720. *Pollio* qv. 27. p. 43. *Weiße* §. 37. (23.) *Obſeſſis.* *Aſtex.* IV. 17. 4. 7. *Dieter.* 16. 13. *Hutter.* fol. 728. b. f.

CCLXIII.

(24.) PEccatoribus *notoriis*, v. g. lenonibus, mœchis, necromanticis, gladiatorib9 ad mortem dimicantibus &c. iisq; *obſtinatis* ac præfractis *Angles* in IV. pag. 95. *Aſtex.* IV. 16. it. 18. 1. 1. *Carpzov.* defin. 280. fol. 422. &c. *Hutter.* f. 728. *Pare.* Corp. Doctr. p. 463. &c. *Weiße* ¶. 10. 38.

CCLXIV.

(25.) PEregrinis, vel *Peregrinantibus Carpz.* def. 290. fol. 441. qui tamen defin. 291. tempus peſtis excipit fol. 443. 444. *Cellot.* lib. VI. c. 16. 2. fol. 483. *Rixner.* pecul. tract. de Commun. Peregr. *Rüel.* Specim. de Eplis form. & canon. vide ſuprà

 §. LXIIX.

§. LXIIX. (26.) *Pollutionem* nocturnam paſſis. *Aſtexan.* IV. 18. 2. *Biel.* Lect. X. fol. 13.

CCLXV.

(27.) S*Uſpectis* de Crimine, cujus tamen convinci nequeunt. *Carpzov.* Def. 284. 285. fol. 429. &c. *Weiße* §. 34. 43. (28.) *Uſurariis.* *Hutter.* f. 729. a. pr. (29.) *Zigeunis*, qui hinc inde peregrinantes, aut potiùs patentes ſæpiùs SS. Cœnæ uſum expetere ſolent. Verùm cùm Baptiſmus eis denegetur in der Kirchen-Ordn. fol. 295. parili pacto procul dubio & hæc communio. (30.) aliisq; qui ex *uſu* & *caſuiſtis* peti poſſunt. conf. *Pruckneri* M. quæſt. & *Ravensb.* pag. 29. pr.

CCLXVI.

SEdulò quippe cavendum, ne *Margarita porcis*, *Matth.* VII. 6. v. *Brochm.* 471. b. *Carpz.* def. 274. fol.

fol. 413. *Durell.* c. XXIII. p. 248. *Gerh.* T. V. ¶. 222. Kirchen-O. fol. 303. ſ. Nachdem auch &c. *Zehner.* Adag. S. I. 100. p. 241. & III. 12. 13. p. 436. &c. Nec caret Antiquitas exemplis indignorum convivarum graviter à Deo punitorum v. *Gaſtii* Serm. Conviv. part. I. pag. 90. indeq; *Hoſpinianus uſum Cœnæ caſtum & jejunum* requirit H. S. II. 1. f. 35-41. 45-49. cap. 2. fol. 61. 62. IV. 6. fol. 388.

CCLXVII.

SEd quærunt adhuc, utrum *ipſemet CHRISTUS cum diſcipulis ſuis hâc* Cœnâ uſus fuerit? v. *Angles* p. 93. 94. *Aſtexan.* IV. 17. 5. *Biel.* Lect. XXXV. fol. 64. a. 1. *Thom.* III. 81. queis adde *Chamier.* l. c. 8. 7. 2. fol. 211. b. m. & III. 17. fol. 351. *Chytræ.* prælect. p. 261. *Franc.* diſp. VII. ſ. 35. 36. *Gerhard.* Conf. Cath. T. 3. art. XV. in append. pag. 1297. Iſag.

Ee 2 p. 1198.

p. 1198. *Voet.* diſpp. Select. part. II. num 8 pag. 155 &c. *An Maria tanto fervore Eucharistiam, quanto CHRISTUM in utero ſuſceperit?* v. *Engelgr.* Luc. Ev. P. 2. p. 329. *Utrum ſumto pane corpus Christi evolet in cœlum, prout ex utero virginis & ſepulcro clauſo prodiit? Durand.* Ration. D. Offic. Lib. IV. cap. 42. de *Judâ proditore Angles* l. c. *Biel* lect. XXXVII. fol. 62. *Peſſelii* index oper. Auguſt. fol. 55. a. 1. m.

CCLXIIX.

COnvivas itaq; hujus Sacratiſſ. Cœnæ præter internam præparationem convenit quoq; *veſte eleganti* indutos eſſe (*placendum eſt oculis divinis habitu corporis*, ait *Cypr.* ſerm. VI. de Or. DN. qvò & *Origenis* verba ex Homil. XI. in Exod. citat. *Rixner* de Rit. cap. IIX. ¶. 4. p. 111. 112.) ſed ita tamen comparatâ, ut faſtus abſit, & nimium pompæ ſtudium devotionem non impediat.

diat. v. R. D. fol. 303. pr. *Novarin.* Elect. S. V. 12. 13. §. 170. fol. 59. & excurſ. 15. f. 190. &c. fol. 64. cap. 29. exc. 25. ¶. 323. fol. 103. c. 56. ſſ. 573. fol. 176.

CCLXIX.

Sicut & ob devotionem *jejuni* accedunt, absq; omni tamen *cultus*, *meriti*, aut *ſimplicis neceſſitatis* mentione. v. *Angles* p. 106. 107. *Aſtex.* IV. 18. 3. 1. 2. 3. *Auguſtin.* Epl. CXIIX. c. 6. pag. 181. 182. *Bibliand.* præf. & 1. a. f. *Bucan.* p. 653. *Calixt.* de Sacrif. ſſ. 38. *Catech. R.* p. 198. *Cent. M.* V. 6. fol. 669. *Chryſoſt.* Pſegm. p. 289. ubi extat Epla S. Patris ſuper hâc re ad Cyriacum Epiſc. *Hoſp.* l. c. *Iſid. Hiſp.* de O. E. I. 18. *Luther.* T. 2. Jen. L. fol. 559. b. *Lyra* ſuper 1. Cor, XI. fol. 50. a. lit. r. *Novarin.* l. c. c. 58. fol. 179. 180. *Ravensb.* p. 28. f. *Rixner.* pag. 21-30. *Walafr. Strab.* cap. 19. Tom. IX.

Digitized by Google

Biblioth. PP. fol. 957. 958. Tentzel. Widerl. pag. 891. Rurſus quærunt Scholaſtici, *quoto temporis ſpatio poſt cœnam liceat prandere?* *Angles* pag. 108. *Aſtexan.* IV. 18. 3. ult.

CCLXX.

SOlent quoq; ad reverentiam *genua flectere* absq; adorationis periculo, de quo admodùm ſolicitus eſt *Beza* Epl. XII. pag. 100. m. adde *Calixt.* de Sacrif. §. 85. *Calvin.* Inſt. III. 20. 33. IV. 19. 2. *Dieteric.* Inſt. Cat. p. 579. *Dilherr.* Elect. *Durell.* cap. XXII. pag. 233. *Menzer.* Exeg. pag. 409. *Walafr. Strab.* c. XXV. fol. 962. id quod in *Donato Theologico* eſt *flexio nominis* pag. 31. 32. *Photiniani ſedentes accipiunt* &c. v. *Menzer.* l. c. *Münſter.* p. 81. *DN. D. Scherzer.* Coll. Anti-Socin. diſp. CXIII. pag. 918.

CCLXXI.

Ac

Digitized by Google

ADpingebant olim & *oſculum* v. *Albaſpin.* Obſerv. Lib. I. cap. 17. pag. 82-86.) *Feſſel* Adverſ.-S. Lib. III. cap. 7. pag. 267. ſeqq. *Kettemb.* ad Alb. pag. 93. 114. *Kortholt.* in Epl. Plin. pag. 114. *Morna.* de Evchar. Lib. I. cap. 5. fol. 72. &c. *Müller.* de Oſculo Sancto, præcipuè cap. VI. pag. 39. &c. *Novarin.* Elect. Sacr. lib. II. cap. 17. excurſ. 19. ¶. 368. fol. 405. a. pr. VI. 61. 605. fol. 185. *Prætor.* Synt. Muſ. pag. 56-58. *Rixner.* pag. 95. 96. conf. *Hekellin.* de Oſcul.

CCLXXII.

ACcipitur panis benedictus *Ore* non *manu*, uti olim: ſuper quo, more multum diſputant, *Beza* Epl. II. pag. 23. &c. *Bibliand.* l. c. *Brochm.* fol. 446. *Bucan.* pag. 673. &c. *Calvin.* Inſt. IV. 17. 43. *Caſal.* c. XIV. p. 134. *Cent. M.* I. 4. fol. 162. &c. *Deucer.* p. 149. *Dieter.* Catech.

p. 707. & Myſteriol. IIX. 11. *Eckard.* Faſc. c. XXVI. q. 4. p. 624. *Engelgr.* part. 2. pag. 315. *Gerhard.* LL. Tom. V. pag. 354. & Iſag. p. 1160. pr. Conf. Cath. Tom. 3. pag. 1291. 1292. *Höpfner.* Saxon. Evgl. III. 5. 3. pag. 425. *Hoſpin.* H. S. II. 1. fol. 31-35. *Hunnii* Cred. §. 703. 720. pag. 663. 682. *à Kniſeb.* cauſa 2. *Meiſn.* Coll. Adiaph. pag. 193. *Mylius* in A. C. pag. 152. 153. *Novarin.* l. c. §. 577. fol. 177. &c. cap. 63. ¶. 623. fol. 189. c. 64. fol. 190. *Theoll. Palat.* im Bericht &c. p. 423. *Papp.* Epit. H. E. p. 403. *Polan.* Synt. Theol. col. 3220. *Rixner* l. c. p. 135. DN. D. *Scherzer.* l. c. W*itteb.* contra Anhalt. Verant. p. 262. *Zepper.* Politi Ecclſt. lib. I. cap. 11. pag. 131. 132.

CCLXXIII.

SIc ex calice rurſus *ore*, non *per fiſtulam*, velut *circa Seculum VI.* ſolebant, florente ordine *Carthu-*

ſienſium,

ſienſium, quorum omne peculium in *calice*, ac *fiſtula argentea* conſtabat, uti *Paul. Volzius*, Abbas Hauxhofenſis ex *Benedictinorum* libro Signorum indicavit *B. Rhenano* uti refert, & *Librum ante CD. annos conſcriptum in Bibliotheca Moguntina*, qui earundem mentionem injiciat, allegant *Caſp. Hedion.* Hiſt. Eccl. part. III. lib. 3. cap. 22. fol. 464. *Cent. Magd.* VI. cap. 6. fol. 335. & *Rod. Hoſpinianus* de Templ. Lib. III. c. 24. fol. 263. a. f. conf. *Höpfner.* Saxon. l. c. & Iſag. ad Cœn. ſect. II. artic. 1. cap. 7. can. 2. part. I. pag. 216. Liber autem ille, *Hedioni* & reliquis citatus, aliàs vocatur *Chronicon Rerum Moguntiacar.* quod affixum habetur *Wittechind. Monachi* Rebus Saxon. *Aen. Sylvii* Hiſt. Bohem. *Luitprand. Ticir.* Rebus per Europ. geſtis &c. à fol. 381. &c. quæ ſimul publicata feruntur à *Joh. Hervagio*. Locus autem huc

Ee 5 pertinens

Ritib. c. XI. p. 122. c. XXXIV. pag. 201. *Caſſett.* Spec. Eccleſ. pag. 295. *Cent. M.* capp. VI. *Confeſſ. Petrickov.* c. 89. fol. 266. b. *Dieter.* Inſt. Catech. p. 711. & Myſteriol. IX. 28. *Dorſch.* ad Concil. Nic. ſect. III. §. 49. pag. 196. *Faſcic. Temp.* Ann. 204. 214. *Funger.* Etymol. Tril. pag. 156. *Gerh.* Iſag. p. 1206. *Hutter.* LL. fol. 729. b. f. *Hoſpinian.* H. S. II. 1. fol. 55. 56. *Martinii* fol. 269. &c. *Münſter.* p. 79. 80. *Novarin.* V. 85. & 95. fol. 249. 262-266. *Petrej.* l. c. *Platin.* p. 15. 23. 36. *Polyd. Virg.* lib. VI. cap. 12. pag. 534. *Procopio* de Ædific. Juſtinian. Lib. I. p. 671. *Rixner.* de Rit. c. IIX. pag. 149. *Sa.* p. 33. 54. *Schaffnab.* p. 147. b. pr. *Scheræ.* p. 194. *Walafr. Strab.* c. XXIV. fol. 962. *Theodorit.* H. S. III. 11. fol. 97. c. d. *Witteb.* contra Anhalt. pag. 91. 92. *Zanch.* fol. 444. b. *Zepper.* Polit. Eccl. pag. 129. 133. 136. 171. *Zimmermann.* Fiunt. pag. 344. Aliqua ſaltem delibare

viſum fuit, ex queis cætera æſtimari liceat. An *plures uno calices* altari imponendi? v. *Concil.* Tom. 2. fol. 112. d. *Athanaſius* inſimulabatur à malevolis, ac ſi *calicem fregiſſet* v. *Sozomen.* H. E. II. 22. 24. 28. fol. 249. f. 254. 258. *Calvin.* Inſt. IV. 4. 8. fol. 416. m. *Urſin.* Acerr. Philol. Lib. I. num. 56. pag. 3 . . *Aliquid de vino benedicto effundi*, maximæ religionis eſſe, v. *Albaſpin.* pag. 502. *Hutt.* LL. fol. 728. a. f. *Rixner.* l. c. p. 148. *Sabellic.* l. c. fol. 430.

CCLXXV.

HOrrendum dictu, ideoq; minùs reticendum, Parricidales Pontificiorum manus nec ab hoc ſacro Vaſculo ſibi temperâſſe! ita enim (nefandum!) *Henricum VII. Lucemburg. Imperator. Rom.* cui aliàs *Pii* nomen ultrò deferunt, *hoſtiâ venenatâ in Eucharistiâ* (quam *quotidiè* ſumere ſolebat) ſuſtulerunt per *Johannem*

hannem Politianum Senenſem d. XXIV. Auguſti An. æræ vulg. M. CCCXIII. juxta computum *Calviſianum* pag 877. f. Qui quidem *Pientiſſimus Princeps* (inquit *Joh. Funccius*) *cùm ſentiret venenum ſibi datum, ſceleſtum illum admonuiſſe fertur, ut fugeret, ac dixiſſe: Domine, recedatis: nam ſi percipient Teutones & Noſtri devoti, morte moriemini. Qui Senas recedens aurum, quod ei in mercedem impietatis erat promiſſum, accepit* (velut *alter Judas*, aut ejus certè complex.) *Sed hoc confratres ſuos non liberavit: nam multi in Tuſcia & Longobardia, aliisq́; locis unà cum domibus igni gladiove perierunt.* Chronol. lib. X. fol. 231. fatenturq; ipſimet Scriptores Pontificii v. g. *M. Ant. Coccius*, vulgò *Sabellicus*, non ſine *ſuſpicione veneni in Euchariſtia ſumti* Ennead. IX. lib. 8. Tom. 2. fol. 108. b. f. *Raph. Volatteranus* verò, eum *manifeſto veneno ſublatum* Comment.

Urban.

Urban. Lib. XXIII. fol. 726. b. m. adde jam *Bucholc.* Ind. Chronol. pag. 358. *Bulling.* de Or. Err. p. II. c. 6. pag. 207. c. 8. pag. 120. b. m. & de SCR. lib. *II.* c. 9. p. 73. 74. *Fabron.* Polit. Kaiſer. Chron. part. *III.* pag. 31. *Salmuth* ad Panciroll. Lib. *II.* tit. 2. qui & conſimile exemplum de *Victore III. Papa Rom.* adducit pag. 71. b. 72. *Oſiand.* Epit. H. E. Cent. XIV. Lib. *I.* cap. 4. pag. 414. m. *Hoſpin.* H. S. *IV.* 6. ubi & addit Papus, *Victorem II. & III.* Epiſcopum Eboracenſem, *Wilhelmum*, nec non fratrem quendam *novitium*, qui ſimile fatum expertus fuerit An. M. D. IX. plura vide in ipſo autore fol. 392. &c. Ita Seculo XI. tempore *Henr. III. Imperat. R.* cùm *Subdiaconus Duci Godfrido* in Italia tumultuanti *toxicum in calicem miſiſſet, poſt conſecrationem verò levare eum nequiret*, ac nihilominus, quaſi re benè geſtâ *cum populo ad oratio*

ne

nem proſterneretur, à DNO cauſam facti inquiſiturus, ecce! *ſtatim toxicator à dæmone arripiebatur! ita igitur cauſâ manifeſtâ Papa calicem altari includere jubebat; dein cum populo tamdiu ad orationem proſternebatur, quousq; ſubdiaconus à dæmonio liberaretur.* Fides ſit penes autorem, *Lamb. Schafnab.* cujus verba hæc retinere libuit ex pag. 34. b. pr. m. adde *Cent. Magd.* XI. 6. f. 278. Quærit rurſùm *Aſtaxanus*, ſi *animal venenoſum inciderit?* IV. 15. 5. 5. (ſin verò aliud aliquid deſuper fortè inciderit, memini *heic loci* me vidiſſe cochlare argenteum altari juxta-impoſitum, ut ejus beneficio eximi queat.) *Si hoſtia præ frigore in calicem inciderit?* qvæſt. 9. *Si vinum in calice congelatum fuerit?* qv. 10. *Si ſangvis effundatur, aut ab eo, qui ſumſerit, evomatur?* qv. 11. & 17. 1. 2. &c. Aliàs plures ejuſmodi quæſtiones ſuppeditabunt *Aug. de Clavaſio* in

Sum-

Summa Caſ. Conſc. fol. 23. b. 1. *D. Joh Gerhard.* Tom. V. §. 67. pag. 137. *Polanus* Synt. Theol. Lib. VI. cap. 56. col. 3243.

CCLXXVI.

PEraguntur hæc in *Choro* (qui deſcribebatur §. *LXIII.* conf. *Ignat.* Epl. edit. German. pag. 6. f.) *ſuper* & *ad altare*, non quidem ad Sacrificium; ſed ex jure Libertatis Chriſtianæ, quicquid etiam nobis impingere inde quærunt *Calviniani*, videantur de hâc Controverſiâ promiſcuè Anhalt. Verantw. pag. 42-52. 127. f. 147. f. *Aſtexan.* IV. 14. 4. 2. *Brochm.* Tom. 2. fol. 46. *Barth.* Adverſar. Lib. XLI. c. 16. col. 1846. &c. *Bebel.* Antiquit. Eccl. III. 6. 11. pag. 194. & de Aris ac Menſis Evc. *Becmann.* pag. 233. *Bejerlink* Conc. Sel. pag. 772 *Beleth* pag. 190. *Bernh.* Theſaur. pag. 406. *Bibliand.* l. c. *Biel* Lect. XIII. fol. 16. b. 17. *Boſ.* de

Ara

Ara ign. D. *Bucholc.* Ind. Chronol. pag. 513. *Bullinger* de Or. Err. pag. 205. b. *Caſſetta* pag. 290. *Cellotius* Lib. VI. c. 6. fol. 436. *Cent. Magd.* IV. & ſeqq. cap. vi. *Clavaſ.* fol. 12. *Concil..* Tom. 2. fol. 116. *Dieter.* Catech. pag. 684. & Myſteriol. IX. 24. 25. *Ditmar* pag. 225. pr. *Dorſch.* ad Concil. Nic. p. 97-116. & Myſar. Miſſ. pag. 272. *Durand.* l. 4. *Durello* c. IV. pag. 36. &c. c. XXI. pag. 222. *Faſcic. Temp.* Ann. 124. *Gerhard.* Iſag. pag. 1205. f. *Geſner* per Lib. Conc. diſp. XV. c. 4. th. 1. *Goar* in Ευχολ. Græc. fol. 13. *Gravver* in Michæ. c. I. part. 2. Doctr. 1. qv. 1. pag. 57-59. *Heshuſ.* artic. XVII. 10. *Hildebr.* de prec. pag. 32. 33. & Ench. c. XI. pag. 17. f. *Höpfner* Saxon. Ev. pag. 422. *Hoſpinian.* H. S. H. 1. 4. fol. 54. 118. & de Templis lib. II. c. 6. fol. 64. Æg. *Hunn.* de Sacr. c. XIV. p. 265-272. *Nic. Hunn.* Cred. cap. XXVII. ¶. 744. pag. 711. 712. *Kauf-*

Kaufmann ἰσεγδιό. pag. 344. *Link* de Jure T. c. III. §. 15. 46. *Lobech.* pag. 397. *Martinii* Lex. Phil. fol. 140. *Morn*æ II. f. 174-179. *Münſter.* pag. 156. 374. *Novarin.* Elect. Sac. V. 17. fol. 307. *Optat. Mil.* lib. I. pag. 23. II. 49. VI. 163. 184. *Theoll. Palat.* im Bericht pag. 422. *Polydor. Virg.* pag. 414. *Ravensb.* pag. 28. m. *Riv.* Feſt-Chron. fol. 5. b. *Scheræ.* Miſc. pag. 62. *Magnif. DN. D. Scherzerus* Colleg. Anti-Socin. diſp. CXXIX. pag. 1046. &c. *Sozom.* V. 19. f. 359. VIII. 7. 435. d. IX. 1. 476. *Walaf. Strabo* de R. E. c. XX. f. 953. *Thomas III.* 83. 3. *Treuber* de Situ altar. *Witteb.* contra Anhalt. pag. 69. 196-201. 207. 213. &c. *Zanch.* f. 444. *Zepp.* pag. 130. *Zimmerm.* pag. 22-33. De eorum tegumentis; v. *Anhalt.* p. 83. *Bernhard.* fol. 132. b. m. *Bulling.* de Or. Err. p. 220. *Calixt.* de Sacr. §. 56. *Hoſpin.* fol. 91. *Optat.* lib. *VI.* pag. 175. *Rupert. Tuit. II.* 23. fol. 22. 23.

23. *Scheræ* pag. 206. Singulare fatum experta eſt *Ara Snebergenſis*, in regione hujus Electoratûs Metallica, haut procul à Patriâ meâ, quam *Milites Cæſarei* Ao. *M:DC. XXXIII.* m. Aug. ob *picturæ Cranachianæ* elegantiam ablatam Pragam avexerant, ibiq; à concive quodam, *Christiano* Dauſcher agnitam interceſſu Divi Johannis Georgi. I. glor. memor. Anno *IL.* à *Svecis* redditam, anno inſequente Jubilæo d. 23. Maj. ſolenniter *redintegratam* peculiari libello deſcripſit *Christoph Schindler*: t. t. Paſtor ibid. ſub rubrica: Redintegratio Aræ Chionurinæ An *Magnatibus concedendum, ut peculiari loco* communicent? vid. *Finck.* Can. Theol. Cent. IV. Miſc. 2. num. 15. pag. 355.

CCLXXVII.

HOrum poſitus verſus orientem, in mentem revocat *Ritum precandi*

candi verſus orientem, de quo mul[t]
multa. v. *Balei* Acta Rom. P. pag
41. f. *Bellarm.* Tom. 2. fol. 441. a
443. a. Tom. 3. fol. 213. *Biel* Lect
LXII. fol. 124. b. *Brochm.* Tom. 2
fol. 45. b. *Phil. Caroli* Antiquit
Eccl. pag. 11. 12. *Carpzov.* Iſag. p
655. 669. *Caſal.* c. IV. pag. 24. *Cen*
turiæ M. paſſim. *Danhavv.* Chriſte
pag. 464. *Dieter.* AA. Bibl. fol. 652
Durell. l. c. *Fhelav.* pag. 34. *Gerhard*
Conf. Cath. T. 1. pag. 272. &c. 373
b. Tom. 3. pag. 790. 791. Tom. IV
p. 1004 b. f. 1005. *Hildebr.* Enchir
c. 2. pag. 22. de Prec. it. Ritual. cap
1. *Hoſpin.* de Templ. fol. 71. 75
Meiſner. Coll. Ad. m. 187. *Müller*
Semic. II. qv: 21. p. 187. *Polydor. V*
p. 433. *Prochorus* in vita Joh. p. 529
Procop. de Ædific. Inſt. p. 669
Salmuth ad Panciroll. l. 19. p. 56 b
Socrat. H. E. V. 2. fol. 698. *Strabo*
c. IV. fol. 953. *Nobiliſſ. DN. Jac*
Thomaſius diſp. p: cul. *Tribbechov*
ad

ad Baron. Exerc. I. pag. 5. &c. *Voſſ.* de Idolol. II. 1. 3. pag. 320. &c. conf. *Sid. Apollin.* verba ¶. LXI. allata. Et quoniam hæc circum altaria circuire communicantes ſolent, inde non incommodè heic videri poſſent, quæ de *Circuitu Sacro* congeſſit *Aloyſ. Novarinus* Elect. S. Lib. 2. per tot. fol. 171-328.

CCLXXIIX.

SUpereſt *Tempus* huic actui conveniens in quôlibet *Anno*, *Septimanâ*, *Die*. *Quotiens in anno* eâ ſit utendum, variatum fuit admodùm per tempora: primitùs, durantibus adhuc perſecutionibus, *quotidiè* ſolebant accedere, ut eò paratiores ad exquiſitiſſimos cruciatûs ſuſtinendos fierent: poſteà *ſingulis Dominicis*: rurſùm *ſingulis menſibus*: hodiè *ter quaterve* accedimus, aut accedere debent omnes fideles ad edendam hanc fidei profeſſionem pu-

publicam, nec non fidem mag
magisq; confirmandam, cum ſe
pœnitentia; pia *devotione*, firmo
Novæ Obedtentiæ propoſito. Qu
ſingula ſingularem qvoq; de jur
mererentur Tractationem: inte
rim conſulantur *Acta Theoll.* W. fo
85. 191. *Albaſpin.* p. 303. pr. *Alſted*
p. 189. b. *Aſtexan.* IV. 17. 3. *A. C*
artic. XXIII. pag. 27. m. & *Apologi*
pag. 251. *S. Auguſtin.* Epl. CXIIX
cap. 2. & 7. pag. 579. 580. 582. *Ameſ.*
de Conſc. IV. 28. 1. pag. 248. *Angle*
in IV. p. I. pag. 109. 110. *Bibliand.*
præfat. ð. 1. a. m. f. *Biel* in IV. 12. 2.
Brent. Apolog. p. 860 *Bucan.* p. 855.
Bullinger de Or. Err. p. II. cap. 6. 7.
pag. 206. 215. ſeqq. *Calvin.* Inſtit.
IV. 17. 44. & 46. it. tract. de Cœn.
fol. 5. b. m. f. 8. a. f. *Canon* Aplor.
9. 10. pag. 6. 7. *Caſal.* c. XIIX. p. 136.
Catech. Rom. 198. *Cellotius* Hierarch.
Lib. VI. c. 16. fol. 477. *Cent. Magd.*
capp. IV. & VI. *Chemnit.* Exam.

C. Tr.

C. Tr. part. II. p. 182. *Conc. Antioch.* can. 2. pag. 90. *Lateran.* c. 21. apud *Caranz.* p. 606. 607. *Confeſſ. Petrik. Cruſii* Civ. Cœl. pag. 127. *Cyprian.* in Epl. *Deucer.* pag. 157. m. *Dieter.* Catech. pag. 769-771. & Myſteriol. diſp. IX. §. 27. *Gerhard.* LL. T. V. §. 57. pag. 538. 539. & Iſag. p. 1205. *Hermannut.* Antidot. part. 2. qv. 5. *Herrenſchim.* Sündenwolle num. 7. pag. 46. *Heshuſ.* l. c. ſ. 28. *Hildebr.* de arte b. Mor. cap. V. §. 3. pag. 59. & Enchirid. p. 3. 5. *Höpfner.* Sax. Ev. pag. 424. *Hoſpin.* Hiſt. Sacr. II. 1. fol. 49. & c. 4. fol. 116. pr. 125. f. *Hunn.* Cred. §. 745. p. 713. *Hutter.* LL. CC. fol. 723. *Iſidor. Hiſp.* E. O. X. c. 18. Kirchenordn. fol. 300. 301. *Lampad.* Mellif. Hiſt. part. *III.* pag. 47. *Lancellot.* Inſtit. Jnr. Can. Lib. I. tit. 5. pag. 159. *Luther.* T. 2. Jen. at. fol. 326. & Catech. Maj. p. 559. *Major.* in vitiſp. pag. 40. b. m. *Mvarin.* l. c. cap. 58. ſ. 584. f. 179. & 65.

& 65. 48. 647. fol. 196. *Theoll. Pala*
vom Concordibuch pag. 69. 73. 7
Petrej. Conf. *III.* 6. pag. 37. 3
Pharetratus im Beichtſt. pag. 20
Philips. Fid. Diſpenſ. c. V. ¶. 59-66
p. 59-68. *Polamus* in Director. *Polan*
Syſt. Theol. VI. 56. col. 3254. &c
Prückner. Cent. VI. qv. 22. p. 284
Rivand. Feſt. Chron. part. I. f. 7. b
Rixner. de Ritib. pag. 1-21. *Sabellic*
Ennead. VII. Lib. 7. Tom. 1. f. 444
Selnecc. Ex. Ord. p. IV. pag. 506
Wal. Strabo de R. E. c. 20. fol. 958
Volatterr. Comm. Urb. fol. 726
Zanch. fol. 621. *Zepper.* I. 14. p. 153-
155. Tempore *Peſtis* vel *ſingulis* vel
alternis DNicis accedendum ſapien-
ter monet *D. M. Lutherus* Tom. 3
Jen. Germ. fol. 397. & ex eo *Quiſt.*
Pi. Deſider. pag. 176. pr.

CCLXXIX.

H*Ebdomadis* Dies *DNicus* & *Feſtu*
integer, cultui divino unicè di-
catus

catus, huic actui apprimè conveniunt: v. *Amalar. Fort.* III. 42. 362. *IV*. 40. 389: *Aſſexan. IV*. 1. 6. & 14. 3. *Auguſtin*. l. c. cap. 2. 5. p. 579. 581. *Beleth*. p. 84. 88. *Bibliand*. δ. i. a. f. *Bucan*. p. 855. *Bulling*. de Or. Er. p. 206. m. *Buxt*. Inſt. Cœn. p. 56. m. f. *Calvin*. Inſt. *IV*. 17. 43. *Catech. R.* pag. 228. *Confeſſ. Petrikov*. cap. *XCI*. *Cyprian*. Epl. *II*. 3. fol. 28. b. *Dieter*. Catech. pag. 769. & Myſteriol. IX. 26. *Gerh*. LL. Th. Tom. V. ſ. 538. 539. *Kettemb*. ad Albaſp. l. 2. p. 9. 10. Kirchenordn. fol. 301. *Microl*. c. *II*. pag. 18. m. *Oecolamp*. Epl. I. 9. f. 14. a. m. *Pelarg*. ad Damaſc. *IV*. 14. pag. 208. *Sa* pag. 235. *Schaffnab*. p. 185. b. f. 215. *Socrat*. V. 2. 697. d. e. f. *Thomas* *III*. 83. 2. *Walafr. Strab*. c. 21. fol. 959. a. *Zepper*. Polit. Eccl. I. 14. p. 153. *Genebrardus* de Græcor. Ritibus, *Tyrannidi Turcarum* adſcribit, quod *unam tantùm miſſam in ſingulis Eccleſiis dicant*, *vixq; aliis*

 quàm

quàm DNicis ac Feſtis diebus. vide Tom. XV. Biblioth. PP. f. 770. d.

CCLXXX.

HOræ diei *ante meridiem* devotioni pariter ac jejunio ſunt commodiſſimæ, etiamſi nulli neſciamus veſperi fuiſſe inſtitutam. vide *Cyprian.* l. c. & *Hunn.* de Sacr. cap. XIV. pag. 242. 243. *Bulling.* l. c. *Novarin.* l. c. c. *II.* fol. 43. *Græci* Horâ *tertiâ* celebrant, juxta *Goar* in Ευχολογ. f. 109. Nollem tamen propterea *jentaculum* appellare; uti quosdam velle refert *Quiſtorp.* p. 66. ubi nominatim prof. CL. *Salmaſium* in Apparatu ad librum de Primatu pag. 190. Sed fortiter, ut ſolet, eos proſtravit *Gerhardus* l. c. Nec voce hâc ſingulare aliquid intendi volumus, uti *Maldonatus* nobis affingit comm. in *Matth. XXVI.* 16. apud eundem Conf. Cath. Tom. 3. pag. 1272. a. Colophonidis locô

quæ-

quæritur, *num in ſtatu integrit. futurafuiſſet hæc cœna?* v. *Angles* in IV. qv. 2. a. 2. pag. 6. *Calvin.* Inſt. IV. 14. 18: *Chamier*. IV. 1. 7. fol. b. *Franz.* Schol. Sacrif. diſp. 1. Quid judicandum de *Patribus ante & poſt diluvium, usq; ad Abrahamum*, quos omni externo Sacramento deſtitutos fuiſſe conſtat? v. *Hunn.* de Sacram. cap. 1. pag. 11. 12. Num *per aliquot annos differri* ejus uſus queat? v. *Muſcul.* pecul. tract. Num liceat homini Chriſtiano *per omnem vitam abſtinere*? num duratura ſit *in vitâ æternâ*? vid. *Dieter.* Myſteriol. Diſp. IX. qv. 22.

CCLXXXI.

HOc itaq; modo adminiſtratam SS. Cœnam ſtatim excipit *Collecta*, cujus formulas ex S. Antiquitate congeſſit *Gerhardus* LL. Tom. V. pag. 551-558. conf. *Biel.* Lect. ult. fol. 195. *cum* ſubnexâ *Benedictione*

ne Eccleſiaſtica, quam DEUS ipſe Moſi præivit, *Numer.* VI. 22-27. ut ita, velut exorſurus Miniſter intonavit Dominus Vobiſcum, nunc dimiſſurus Ejusdem GRATIAM abiturienti imprecetur: unde & *pacem precari* dixêre. (vid. *Albaſpin.* Obſerv. pag. 395. m. f. *Acta Theoll.* Würt. fol. 193. *Amalar. Fortun. III.* 26. fol. 360. *Auguſtin.* de Civ. D. Lib. XXII. cap. 8. Tom. 2. pag. 1047. *Bulling.* pag. 215. *Calv.* Inſt. l. c. *Cent. M.* VII. 6. fol. 144. *Clavaſ.* fol. 22. b. 1. pr. *Durand.* IV. 41. 79. *Durell.* cap. X. pag. 76. ſeqq. *Gerh.* l. c. & diſpp. in 8. Tom. 2. pag. 1147. &c. *Hæner.* de Ritu bened. *Hoſpin.* H. S. *III.* 3. fol. 244. *Hulſem.* Meth. Conc. c. *IX.* §. 19. p. 166. *Lungvviz.* Admir. Sax. *II.* 4. pag. 19. m. *Luther.* Tom. 2. Jen. L. fol. 558. b. pr. *Phil. Melancht.* Confeſſ. Eccl. Saxon. fol. 268. 269. *Jacobus* in Protevang. p. 393. *Miſſa Muſtar.* cap. *XXIV.* T.

XV

XV. Biblioth. PP. fol. 778. b. *Socrat.* H. E. *II.* 33. fol. 606. a. VI. 14. fol. 723. f. g. *Staplet.* Promt. Cath. part. 2. pag. 121. *Rob. Steph.* Gloſſ. Ordin. fol. 170. a. pr.) alio nomine, *Poſt-communio*, ſive *Gratiarum Actio poſt* communionem, tradente *Gerhard* Tom. V. §. 65. pag. 135. conf. o *Durand.* l. c. cap. 78. eô ſcil. pactô, quô *poſt-cœnium*, *poſt-liminium*, aliaq́ꝫ L. L. vocabula efferri ſolent, quæ vel in *Becmanni* Origg. vel *Sipontini* Cornuc. occurrunt. Conf. *Bulling.* O. E. II. 7. pag. 215. 216.

CCLXXXII.

R*Eſiduis hoſtiis*, quæ nempe non inſumuntur Diſtributioni, quid fiat, dupliciter videndum venit: aut n. conſecratur *indefinito numero*, uti alicubi locor. fieri ſolere memini, ubi nemo rudis plebeculæ vel obſervat quidem, utrum aliquid reſidui maneat, annon? aut *definitus*, qui

exactè reſpondeat numero communicantium, ut in patriâ meâ ſæpiculè obſervatum fuit, ubi ſcrupulatur vulgus, ſi una, duæ, vel plures poſt finitum actum ſuperſint, utrum reliquis immiſceri, an ægrotorum communioni, vel alii peculiari uſui reponantur? Sed his uno verbo reſponderi ſolent Miniſtri, *ceſſante* uſu *ceſſat Sacramentum*.

CCLXXXIII.

APud Pontificios multum temporis teritur, multum laboris impenditur, multum vigiliarum inſumitur, partim ut adſtruant, *conſecrata manere* Symbola extra uſum, partim in *aſſervando* (aut ſtylo Jeſuitico loquendo, *diligenter in cuſtodia conſervando S. Dni Noſtri Corpore*, prout ex Eorummet Conſtitut. refert *Lucius* Hiſt. Jeſuit. 13. pag. 79. pr.) partim in *monſtrando, circumgeſtando & adorando arcam animatam & cæ-*

& cæleſtem, de quo miris modis inter ſe digladiantur *Alſted.* Parat. Theol. p. 526. *Ameſ.* de Conſc. IV. 31. p. 258. *Angles* p. 94. 95 *Anhalt.* Verant. pag. 145. *Balduin.* Phoſph. p. 981. *Bejerl.* Conc. Sel. pag. 534. &c. 579. &c. 630. &c. *Beleth.* p. 178-182. *Bellarm.* T. 3. *Biel.* Lect. IL. fol. 91. &c. & LXXXIV. f. 180. *Brent.* Apolog. p. 952-956. *Bucan.* p. 816. &c. *Calov.* Matæol. pag 119. *Calvin.* Inſt. IV. 17. 35. &c. *Caſal.* c. *XIII.* p. 126. 127. *Chamier.* c. 4. fol. 171-183. & 17. 1. 165-170. *Chemnit.* Exam. part. 2. pag. 129. &c. 150. &c. *Chytræ.* præl. p. 469-482. *Conf. Petrick.* c. XXXIX. fol. 69. a. *Coppenſtein.* l. c. qv. 22. *Coſter.* Enchir. p. 376-383. *Dannhav.* Chriſte. p. 813. *Davantr.* ad artic. 75. *Fabron.* Polit. K. Chr. p. *IV.* pag. 154. *Fricius* de Rep. emend. IV. 17. fol. 298. de Eccleſ. Lib. II. tr. 8. fol. 488-491. *Gerhard.* Conf. Cath. T. 3. art. X. p. 789. XIV. 3. 8. p. 1020.

1138-1149. art. XIV. app. p. 1266. b. 1267. 1282. &c. Bellarm. ὀρθοδ. pag. 469. *Gurttner.* K. r. p. 73-172. *Hermannus.* Antid. part. 2. qv. 10. 11. *Heshus* XVII. 21-27. *Hoë* Evang. Handb. art. VI. p. 173. *Höpfneri* diſp. de Circumſt. *Hülſem.* Man. pag. 328-344. *Hoſpin.* Hiſt. Sac. IV. 6. 386. V. 6. 466. *Hutter. LL. CC.* fol. 1005. *Inquiſit. Bavar.* art. 11. 12. *Laz.* Comm. Reip. R. XI. ult. fol. 886. *Luther.* T. 2. J. L. fol. 5?5. 586. de *Maronitis* diſp. Gerh. ſect. XI. ¶. 11. *Meiſner.* Colleg. Sacram. p. 279-286. *Menzer.* Exeg. p. 275. *Novarin.* Elect. S. V. 55. 568. f. 174. & 122. 100. ¶. 1121. fol. 400. *Oſiand.* Enchir. c. XVI. *Theoll. Palat.* vom Concordienbuch p. 81. f. *Peucerus* de Sntia Mel. p. 22. 23. *Platz.* Luc. ſuccis. loco 349. 513 - 517. *Pruckner.* qv. 23. pag. 285. *Quiſtorp.* Pi. deſid. p. 63. *Reihink.* Retr. a. VII. p. 2. pag. 174-201. *Rixner.* Rit. Ev-char. pag. 107. *Scheibler.* Fid. ant. l.

c. &

c. & cap. II. §. 207. 208. pag. 152. it. VI. VII. p. 354-462. *Selnecc.* Anal. tract. II. ¶. 16. p. 49. & Exam. Ord. p. IV. p. 300. &c. 505. *Thomas* III. 81. 4. *Greg. de Valent* T. 3. in Thom. fol. 1885. *à Vallo* Jeſuw. Geiſel. pag. 58. 59. *Theoll. Witteb.* contra Anhalt. p. 211. *Zanch.* fol. 486. &c. conf. *Titii* Oſtens. Summar. cap. 111. pag. 84. velut & *inter pacis Symbola* refertur; *Epiſcopo Romam venienti Evchariſtiam mitti*, à *Bejerlinck* Conc. ſelect. XXIX. pag. 545.

CCLXXXIV.

APpoſitè in hoc negotio pro nobis *Serus Arcudius*, ubi mirè invehitur in *Græcos*, qui *panem adorant nondum conſecratum*, miſeram verò ac rudem plebeculam *ſimplici ignorantia excuſat*, pergit in hunc modum: *poſſent autem ac deberent Græcorum Antiſtites diligenter monere populum, & utiq; concordes mul-*

tum efficerent, ſed quoniam vel & ipſi laborant eodem morbo & ignorantia, in eodem errrore verſantur: vel, ſi verum nonnulli vident, timent pauci plurimos, timent terrenam perdere gloriam & humanos favores: verentur, ne inſtar hæreticorum nomen ipſorum à vulgo conculcetur; propterea & ipſimet ſaltem externâ ſpecie cæterorum errorem egregiè imitantur, altoq́ꝫ ſilentio omnia prætereunt ac diſſimulant, ita cœci cœcos ducunt, & omnes in foveam cadunt. de Conſenſu Eccl. Or. & Occid. in adminiſtr. Sacram. Lib. III. c. 19. fol. 193. lin. ult. & 94. Verùm enim verò, næ & ipſi Latinæ Eccleſiæ *Seductores* (*Doctores* volebam dicere) dum adorant, & adorandum aliis proponunt panem conſecratum quidem, qui tamen nec ampliùs conſecratus eſt, necꝗ ſive ut conſecratus ſive ut non-conſecr. inſtar DEI adorari à DEO juſſꝰ unquam fuit; næ *inquam*, & ipſi

& ipſi cœcos cœci ducunt, videreq́ꝫ habent, ne & ipſi cum- & pro-abductis in foveam æterni barathri præcipites ſe agunt. Fruſtrà quin ergo ad ultimum, quærit *Joſephus Angleſ.* utrum *brutum, comedens Sacramentum, devoret corpus CHRI.* in IV. ſen. p. 96. Fruſtrà eſt *Aſtex.* ſcrupulando quid fiat, *ſi conſecrata ſerventur, donec putreſcant, à muribus corrodantur, aut aliô modô perdantur?* Caſ. Conſc. Lib. IV. tit. 15. qv. 11. & 17. 1. ſ. 2. cui oppone *Tractatum*, cui titulus *Mus exenteratus.*

CCLXXXV.

OLim (1.) *pueris* concedenda dabant. v. *Cent. Magd. VI.* 6. f. 336. pr. *Evagr.* H.E. IV. 35. f. 595. *Gerhard.* LL. T. V. ſ. 62. pag. 310. Confeſſ. Cathol. Tom. 1. gener. pag. 373. a. f. *Hoſpin.* de Templ. fol. 82. 83. v. §. *CCLIX.* (2.) *domum* reportabant. v. *Albaſpin.* pag. 501.

Arcud. l. c. III. 55. fol. 340. *Pejerl.* pag. 626. 627. *Caſald.* e Rit. c. XIII. pag. 137. *Calixt.* de Calice omn. prop. §. 8. *Concil.* Tom. 2. fol. 96. *Gerhard.* LL. Tom. V. pag. 129. 391. 426. *Hunn.* Cred. ſ. 731. pag. 696. *Rixner* Rit. Evchar. pag. 146. (3.) *infirmis* mittebant, v. præter dictos *Henr. Bullinger* de Or. Err. lib. II. c. 4. p. 198. b. m. (4.) uſurpabant *tempore quadrageſimali*; unde *præſanctificatorum* nomen inoluit. vid. *Arcud.* cap. 57. fol. 341-343. *Goar.* Ευχολογ. f. 190. *Dorſche.* ad Conc. Nic. ſect. *III.* §. 28. pag. 129. &c. *Rixner* pecul. tract. *Zimmermannus* in Fiunt. &c. ſ. *CXXXII.* p. 324.

CCLXXXVI.

(5.) AGapas quoque, ſive Convivia verè devota & Chriſtiana poſt finitũ hunc actũ addebant. v. *Albaſpin.* Obſerv. Lib. I. 18. p. 86. it. pag. 448. *Alſted.* Paratitl. Theol. pag.

pag. 9. a. *Bucan*. pag. 854. m. *Buchner*. ad Plin. l. c. *Bucholc*. Indic. Chronol. p. 167. *Calvin*. Lex. Jur. fol. 53. a. *Caſaub*. ad Baron. Exerc. XVI. ſect. 31. pag. 452. 2. *Cent. Magd. III*. 6. fol. 142. &c. *Clemen. Rom*. Epl. *IV*. fol. 162. *Concil. Gangrens*. can. II. p. 82. *Laodic*. can. 27. pag. 118. *Cpltan. in Trullo* c. 74. pag. 416. *Dilherr*. Elect. I. cap. 12. pag. 70-76. *Feſſel*. Adverſ. Sac. lib. I. cap. 17. pag. 69-73. *Franci* Lamp. Controv. Evchar. diſp. I. ¶. 31. *Funger*. Etym. pag. 44. b. m. *Gretſer*. de Fun. Chriſt. Lib. III. cap. 5. & 6. pag. 160. ſeqq. *Goulart*. Apopthegm. S. pag. 118. 119. *Dan. Heinſii* Exercit. Sac. fol. 625. 52. *Joach. Hildebr*. de Ritib. ¶. 22. *Joh. Frid. Hildebr*. Lex. Antiqv. voce *Chariſt*. pag. 65. f. *Hottinger*. Ennead. p. 107. *S. Jgnat*. Epl. II. edit. Germ. pag. 54. *S. Juſtin. Martyr*. Apolog. II. in fine fol. 183. pr. *Kettembeil*. ad Albaſp.

pag.

pag. 103. f. *Kortholt.* comm. in Epl. ad Plin. pag. 123. it. de Perſecut. ſect. I. §. 6. pag. 83. 84. *Cornel. à Lapide* in Act. XVI. 2. fol. 130. c. d. e. *Martinii* Lexic. Philol. fol. 282. *Menzer.* Exeg. A. C. pag. 262. *Minutius Fel.* in Octav. pag. 21. m. f. *Mornæ.* de Evchar. Lib. I. cap. 5. fol. 75. *Papp.* Epit. Hiſt. Eccl. pag. 365. 366. *Prætor.* Synt. Muſ. part. I. num. 2. §. 11. pag. 51. *Quiſtorp.* Pi. Deſider. pag. 66. & de Poculo Salut. ¶. 14. pag. 14. *Rixner.* Rit. Evchar. cap. X. §. 10. pag. 150. *Tertullian.* Apologet. cap. XXXIX. fol. 878. 879. *Theodorit.* Hiſt. Eccl. Lib. V. cap. 9. *Voſſius* in Epl. Plin. pag. 36. *Walæ.* comm. in N. T. pag. 701. &c. *Paulus Warnefried*, cognomento *Diaconus* de Geſtis Longobard. Lib. I. cap. 27. *Zanch.* fol. 631. b. m. *Zepper.* Politi. Eccl. Epl. dedic. in fin. *Zimmermann.* Fiunt. pag. 16. 22. adde *B. Stolbergii* diſp. de Agapis veter. Chriſtianor. CCLXXXVII.

CCLXXXVII.

EIs autem, qui ipſi Convivæ hu9 Diviniſſimæ Cœnæ fuerunt, competit, ut integrum illum diem ſanctiſſimum & religioſiſſimum habeant, nec frigeat adeò devotio apud plures, ut (quod equidem dolendum admodùm!) finito Actu publico finiatur & ipſa. Extat in hanc rem graviſſima exhortatio *S. Auguſtini* de ſanctificatione Diei Dominicæ per devotam concionum obitionem, cui in fine ſubnectit; *nullus ſe veſtrûm inebriet. ... Obſecro vos, Dilectiſſimi, Patres & Matres, Fratres & Sorores per Nomen Domini N. JESU CHRISTI, per regnum venturum ejus & per judicium &c.* videantur reliqua in ipſo Autore ſerm. CCLI. de Temp. fol. 346. b. 1. pr. habeturq; conſimilis Conſtitutio in der Kirchenordnung / ¶. und ob wohl hievor &c. fol. 303. f. conf. *Ditmar.*

Ditmar. Chron. pag. 13. 14. 75. m. *Novarin.* Elect. Sac. Lib. II. cap. 66. §. 673. fol. 203. & cap. 120. excurſ. 87. §. 1129. fol. 369. Sacra hæc Dierum DNic. & Feſt. vocantur *Matutina*, Frühpredigten it. Ampts-Predigten/ quia officium Cœnæ administratur. Haupt-Pred. quia à Paſtore, ut primario (ſi plures adſint) loci miniſtro conciones eædem haberi ſolent. Hæc ſufficiant de Sacris ante meridiem.

CCLXXXIIX.

SUccedunt *Sacra Meridiana*, velut *h. l. Dreſdæ* & fortè alibi itidem *ad ipſam meridiem*, Concio rurſus haberi ſolet, Mittagspredigt/ quia intra horam XI. & XII. occipiunt. Sciolis quidem & Oſoribus Verbi, ac ſi tantis viris indignæ eſſent, vel earum opus vix habeant, quin ventri potiùs adimplendo aut epiſtolis conſcribendis tempꝰ id comburi magis

magis debeat, vocantur Mägde-Predigten / quùm tamen idem, quod manè, Evangelium proponatur, nomenq́; illud inde enatum ſit, quòd ancillarum multitudini hoc beneficium ab Heris concedatur, ut & ipſæ S. Concioni intereſſe queant. In Patriâ meâ ad hanc ipſam horam Catechiſmus juventuti inculcatur, uti §. CXVI. dictum. *Poſt meridiem* horis I. II. vel III. quod vulgò *veſperi* dicant, *conciones in civitatibus, oppidis, villis populoſioribus in Sabbato* (DNico) *& Feſtis nequaquam intermittendas* fideliter ex *Ratione, Patribus, Juſtino* & *Gregor. Pſalterio, Decreto Synodali* & *Reſcriptis Electorall.* inculcat *Bened. Carpzov.* Definit. Eccl. lib. II. tit. 16. num. 254. fol. 282. 283. velut & h. l. conciones ejusmodi in utrâq; Baſilicâ *Dresdæ* v. in *Sophianâ* ſingulis Dominicis feſtisq; inſtituuntur. Alibi verò absq; con-

cione ad nudam cantionem & le-
ctionem *preces horariæ* habentur,
Betſtunden vid. Kirchen-Ordn. it.
Lungvviz. Admir. div. Saxon. part.
II. pag. 20. 21. *Philips* Cler. Apl. cap.
V. ¶. 49. pag. 58. m. Canitur autem
in veſpertinis (9. Pſalmus invitato-
rius, *DEUS in adjutorium M. I.* v.
Balei Acta R. P. pag. 45. f. *Brevia-
ria. Caſſett.* Specul. Eccl. pag. 203.
m. 206. f. *Hildebr.* de pr. p. 58.
Prætor. Synt. Muſ. pag. 83. (2.)
Hymni vernaculi, veteres ac mo-
derni: ex quorum innumero ferè
numero unicum modò, TE DEUM
LAUDAMUS, à *SS. Ambroſio* &
Auguſtino alternativè compoſitum
ac decantatum, ſi lubet pernoſcere,
adeas *Ambroſ.* T. 3. opp. fol. 39. a.
Concil. Tom. 2. fol. 126. c. *Diſcip. de
Temp.* ſerm. XXXII. liter. d. 4. a. 2. f.
Legend. Sanct. ſ. *Hiſt. Lombard.* fol.
115. b. 1. f. 2. *Luther.* Tom. 2. Jen. Lat.
fol. 560. b. m. *Platin.* pag. 120. a. m.
Prætor.

Prætor. l. c. pag. 67. Sachſ. Kayſer. Chron. part. III. fol. 111. f. 125. f. *Jac. de Valent.* comm. in Cantica Official. *Weber*, de Converſ. Germ. pag. 8. 98. ſ. 99. *Weiz*. Heortolog. pag. 223. 257. quod Anno M. DC. LXXIII. d. 11. Nov. *Polonus miles* decantabat in ipſismet Turcarum Caſtris, poſtquàm eos inde fugaverant. (3.) ut plurimum clauditur Cantico Mariæ, *Magnificat A. M. DN.* Meiſter-Geſang / uti *Luthero* audit in Poſtill. Domeſt. conſ. *Prætor.* l. c. & *Weiz*. pag. 316.

CCLXXXIX.

Diebus Profeſtis Sacra publica habentur absq; Cœnæ adminiſtratione, (quicquid etiam ogganniant Pontificii, refutati à *D. Johann. Gerhardo* Conf. Cathol Tom. 3. pag. 1221. a. pr. &c.) & ante meridiem quidem cum concione &c. poſt meridiem verò preces ſolùm horariæ iterantur.

iterantur. v. *Cent. Magd.* IV. 6. f
412. 30. 𝔎. 𝔇. fol. 314. 315. *Lungvvi*
l. c. Leguntur inibi *Libri Biblici* v
ordine naturali, vel pro harmoni
temporis, vel juxta certa Calenda
ria Bibl. ut videre eſt in *Breviari*
Aleſii Ordin. Eccl. Angl. & *Libel*
precũ Anglic. conf. *Beleth.* p. 98-10
Maaleri Tabb. in Pſ. m. fine. & *Atha*
naſii, ſeu quicunq; autor illius (jux
ta *B. Hülſem.* Patrol.) opusc. de Ti
tulis Pſalm. Canuntur ibi variæ rur
ſus cantiones de Tempore, ad pla
citum, vel de pœnitentiâ: cum
primis verò *Litania*, non quidem
ad Materiam, *Sanctosve* vel omnes
vel quenquam, peculiariter i
Deum blaſphema (edidit namq
Jac. Heerbrand. Litaniam Mariæ
cujus impietatem vix ſatis deſcri
bere valet. Subjunxit eandem *Pſal*
terio Mariæ *Chemnitius* Exam. Conc
Trid. part. III. pag. 287-290.) ſe
prout ad Unum Verum DEU

TRI

TRINUM dirigitur, & emaculatis ſordibus præitur in der Kirchen-Ordnung fol. 314. aliisq; Libellis cantionalibus: nec quicquam inibi mutatum reperias, niſi quòd ante plusquam duodecennium contra *Turcam & Papam.*

(*par nobile Fratrum!*)

ſpecialis precatio Mandato Electorali inſerebatur. De cætero adeantur, ſi placet, *Aleſius* l. c. pag. 45. 46. *Amalar. Fort.* Lib. I. 28. fol. 324. *Aventin.* Annal. Boj. fol. 293. b. f. *Becm.* Orig. pag. 616. *Beleth.* pag. 229-233 *Brochm.* Syſt. Theol. Tom. 2. fol. 492. *Bucholc.* Ind. Chronol. pag. 247. *Calvin.* Lex. Jur. fol. 538. *Cent. Magd.* ſæpiùs. *Concil. Moguntiac.* can. 32. ap. *Caranzam.* pag. 549. & Tom. 2. fol. 157. it. 116. &c. *Durell.* Rit. Anglic. cap. XX. pag. 226. *Gerhard.* Conf. Cathôl. Tom. 2. pag. 500. 501. *Höpfneri* Saxon. Evgl. ubi integram recenſet *Litaniã*

antiquam

antiquam Saxonicam pag. 43
Hoſpin. de Templ. fol. 296. &
Inquiſit. Bavar. artic. 14. *Lungvvi*
l. c. pag. 19. m. *Martinii* fol. 160
Microl. cap. XI. pag. 15. *Platina* i
Greg. I. pag. 77. *Prætor.* Synt. Mu
part. I. pag. 77-81. *Rivand.* Feſt
Chron. fol. 7. *Sabellic.* Enne. Tom.
2. fol. 8. à. *Scheræ.* Miſcell. Hier.
pag. 54. *Walafr. Strabo* de Reb.
Eccl. cap. XXIIX. fol. 965. *Theodor.*
Lect. Collect. lib. 2. fol. 186. e. f.
Die Saturni Confeſſio *Sacra* habe-
tur alibi, cum - alibi ſine concione
&c. conf. ſuperiùs §. CXII.

CCXC.

HOrum autem Sacrorum publicorum *fines* perſequerer, niſi longum nimis foret: *Septemplices* eosdem facit; & in *concordiâ, ordine, diſciplinâ, ornatu, ſigno rerum ſacrarum, memoria rerum geſtarum & devotione in animis fidelium*, aſſignat

gnat *Joach. Hildebr.* de Rit. Sacr. §. 44. ad fin. Quam neceſſarii verò ſint (1.) *ex Mandato* Dei in decalogo; *Exod.* XX. 8. (2.) ex *maledictionibus* in non-ſervantes conjectis. (3.) ex *promiſſione Matth.* XIIX. (4.) ex *praxi* Vet. Teſt. Pſalm. XXVII. CXXII. (5.) ex *utilitate*, quia Deo accepti, *Pſal.* XXII. CXXXII. 1. &c. (6.) ex *ſimili* cautelæ, ab ipſo Chriſto propoſito *Matth.* V. 15. (7.) ex *Teſtimonio* unitatis Eccleſiæ. (8.) ex *mandato* Apoſtoli *1. Cor. XIV.* & (9.) ex *præfiguratione* cætûs Sanctor. qui in cœlis eſt, *Hebr. XII.* An item & quatenus *ſinguli fidelium teneantur eisdem intereſſe* (queis ſcilicet liceat per *valetudinem*; *per graviora & dilatu impoſſibilia negotia* (*charitatis morbos proprios* vel *proximorum obſidiones urbium*,) aut *omninò moram nullam patientia*; ut v. g. *metere* vel *convehere ſegetes*, *pugnare cum hoſte*, *domum labantem fulcire &c.* quæ jure nec

nec *Divino*, nec *civili*, nec *canoni*
intendicantur: cum cautela ta-
men illibatæ conſcientiæ &c. *i*
ſumma: *ſemper cum aliis oporter*
quemlibet Sacris publicis intereſſe, ni
inevitabilis neceſſitas impediat; ſecu
verò facientes *graviter in Deum pec*
care; hæc *inquam* ſingula prolixu
ſatis exequitur *Hieron. Zanch.* lau-
dato totiens Volum. Explic. deca-
logi fol. 649-652. &c. *De his qui rarò*
ad Eccleſiam veniunt, extat Canon.
21. *Concilii Eliber.* ap. *Albaſp.* pag.
302. *Caranz.* p. 79. m. in *Donato*
Theoll. vocatur *Genus Activum* pag.
47. Claudat univerſum agmen Ca-
non 5. *Concil. Gangr.* pag. 79. f. *Si*
quis dixerit Domum Dei contemnen-
dam eſſe, & in ea populi conventus (συν-
άξεις) *eſſe deſpiciendos, anathema ſit.*
Atque ſic abſoluta erunt *Sacra Publi-*
ca, quæ ſub *Numero plurali* efferas
ex *Donato Theologico.*

PARS,

PARS. PRIOR. EXPLICIT.

PARS POSTERIOR.

DE SACRIS CHRISTIANORUM PRIVATIS.

CCXCI.

TAndem aliquando me accingo ad *Sacra privata*, non ea quidem, quæ *Romæ* in *LL. XII. Tabb.* ita vocabantur, & longè alia erant, juxta *Roſinum* Antiquit. Rom. Lib. *IIX.* cap. 6. pag. 781. pr. m. Sed, quando *Paterfamilias cum domeſticis ſuis convenit, ad cultum Deo privatos intra parietes exhibendum*, vel etiam *unus aliquis ſolus* officium cultûs pro ſe ipſo exequitur. Poſſes quoq; dicere *Domeſtica*, aut *Sacros conventus Domeſticos*, *Eccleſiam domeſticam* v. §. *XIV.* Alia quippe à publicis eſſe, atq; adeò peculiariter tractanda,

res ipſa loquitur: in illis quippe cōvenit univerſa hominum, quæ integram civitatem aut communitatem habitant, multitudo; hîc ſolùm, qui eandem domum: illic ordinariè fiunt, quæ heic extra ordinem: illic conciones habentur, quæ heic nullæ: ibi ſemper præſens eſt Miniſter VERBI; heic non item, uti ex ſubſequentibus dilucidè ſatis patebit. Diſpeſcuntur autem hæc in tria rurſus capita, ad exemplum publicorum in parte priori. Sit itaque

CAPUT I.

DE LOCIS.

Sunt quæcunque, etſi non-conſecrata contra Pontificios. 291-293.

CCXCII.

ET hos quidem quoslibet, ſacro actui non incongruos, in domo quâ-

quâlibet admitti quis negabit facilè? *Abrogatis quippe ceremoniis Leviticis, deſtructóq; Templo Hieroſolymitano nulla nos cogit neceſſitas, ut ſaltem in templis, vel facie in templum converſâ oremus; Sed quocunq; in loco devotæ ad DEUM preces funduntur*, juxta *Malach*. I. 11. & Paul. 1. *Tim*. II. 8. infit *Bened. Carpzov*. Definit. Ecclſt. Lib. 2. tit. 16. num. 259. §. 1. f. 389. adde *Matth*. XIIX. 20. *Johann*. IV. 21-23. & ſuperiùs §. XIV. ſeqq. & XXVII. *Alſted*. Parat. Theol. pag. 92. b. f.

CCXCIII.

Ringuntur heic Pontificii & magno conatu magnas nugas agunt, deblaterantes Salvatorem *Joh*. IV. & *Apoſtolũ* ad Tim. non loqui de quocunque loco non-conſecrato; ſed conſecratis tantùm. *Hoc dicendum* eſt, ajunt *Confeſſores Petrickoviani*, quòd *illud* in omni

loco; *non comprehendit eos locos, qui humanis uſibus rebusq; immundis & prophanis deputati ſunt; ſed dilatat ac diducit ad orationem DEI ab arcto Hieroſolymæ ambitu in omnem totius terræ locum.* *His verbis indicare* Baſilius *videtur, non ſic accipiendum illud eſſe, quod dicit Paulus* in omni loco; *quaſi paſſim, in prophanis quibusq; locis DEUS adorandus, DEOq; Sacrificia ſint offerenda, quod tamen ubiq; mente fieri poteſt; ſed quòd non ſolùm in templo Hieroſolymitano aut in monte Garizim; verùm in quovis alio loco ad colendum DEUM propriè deſignato preces, ſupplicationes & ſacrificia fieri poſſint &c.* cap. XC. quô aliàs agunt de *Ceremoniis à Loco ſumtis*, fol. 269. a. m. Ita alios produnt *orantes ex loci conſecratione ſpiritualem devotionem concipere*: *Thomas* II. 2. qv. 83. diſt. 3. ad 2. conf. *Aſtexan.* Caſ. Conſc. lib. IV. 84. 4. qvæſt. 2. 3. *Bellarm.* Tom. 2.

Contr.

Contr. 4. Lib. III. c. 4. *Coquæ* ad Auguſtin. de Civ. D. Lib. II. c. 28. Tom. 1. p. 261. pr. Stapleton. Promt. Cathol. part. I. pag. 217 - 224. & Moral. p. II. pag. 223 - 227. conf. *Balei* Acta R. P. pag. 38. pr. Sed reſpondemus cum *S. Auguſtino* : *ſi corpus eſſet DEUS, oporteret eum adorari in monte, quia corporeus eſt mons &c.* Tract. XV. in Joh. fol. 159. b. 2. pr. qui & ideò extra *tectum*, extra *templum*, extra *urbem*, extra *muros pati voluiſſe CHRISTUM aſſerit*, ſerm. CXXX. de Temp. fol. 293. c. *Omnis* quin ergo jam *locus oratorium factum eſt, & ideoq; ubique ſanctas manus levare poſſumus, quoniam univerſa terra ſanctificata eſt, ut ſanctior ſit quàm illa in interioribus templi veteris erant Sancta Sanctorum.* ibid. lit. d. adde ejusdem verba, quæ ¶. ſeqventi adducentur. Mitior paulò reliquis Pontificiis eſt. *Don Pio Caſſetta*, qui Spec. Eccl.

part. I. diſt. 3. cap. 2. ¶. 7. de *Loco orationis*, ait: *omnis locus poteſt eſſe idoneus ad orandum, quia in Omni loco eſt DEUS --- quaſi dicat Aplus in agris, ſilvis, officinis, itinere, navi, menſa, lecto, licitum eſt orare, & hoc tanquam utile ſvadeo. Non impedit locus, quò minùs ad DEUM pergat oratio, grataq; ſit & exaudiatur.* Quod deinde probat exempl. *Danielis, Manaßis, Ezechiæ, Jonæ, Jobi Martyrum*, pag. 175. 176. De cætero ad hanc rem, videantur *Ambroſius* in 1. Tim. pag. 303. d. *Arnd.* vom wahren Chriſtenthum Lib. II. cap. 34. num. 10. pag. 415. *Balduin.* Comm. in 1. Tim. l. c. *Bibliand,* præf. ad Epl. Zvv. δ. 1. a. m. *Brochm.* Syſt. Tom. 2. f. 46. 47. *Bucan.* pag. 379. *Bulling.* Comp. Relig. pag. 96. b. f. *Calvin.* Inſt. Lib. III. c. 20. ſect. 30. & 50. *Cham.* de prec. pag. 237 - 249. *Cent. Magd.* I. lib. 2. c. 6. fol. 501. *Johann. Croc.* Comm.

Comm. in Epl. Pauli Tom. 3. parte 2. fol. 81 - 83. *Dieter.* Inſt. Catech. pag. 576 - 577. *Hildebr.* de prec. pag. 32. 35-37. 41. *Hoſpin.* de Temp. Lib. I. cap. 6. fol. 41 - 42. ubi ex profeſſo *refutat* argumenta *Bellarm.* prolata *pro Sanctitate Templorum*, & *quòd in iis DEUS magis quàm alibi exaudiat.* fol. 43. & 44. *Hutter.* LL. CC. f. 975. *S. Irenæ* adv. hæreſ. Lib. IV. cap. 33. 34. pag. 428. m. *Loſſius* in Acta fol. 133. a. 6. *Lungvv.* Admir. Saxon. Lib. II. cap. 4. pag. 21. pr. *Phil. Melanchth.* Corp. Doctr. Chr. fol. 951. 952. *Mülleri* Spes vana Papiſt. pag. 60. 61. *Oecolampad.* Epl. Lib. I. 9. fol. 14. a. pr. *Joh. Ad. Picander* de Sabb. p. 157. m. *Philips* Cler. Apl. Cathol. cap. X. ſſ. 204. pag. 159. *Ravanell.* Biblioth. S. Tom. II. fol. 1333. b. *Rietſchel.* Ceremon. Eccl. Angl. p. 5. *Rivand.* Feſt. Chr. p. I. ex *Hilario* & *Chryſoſt.* fol. 7. *Scultet.* de prec. c. XXIIX. Würtemb. Bef.

CAPUT II.

DE TEMPORE.

Quecunq; extra ſacra publica, v.g. matutinum, menſale, & veſpertinum. 294.295.

CCXCIV.

TEmpus itidem quodcunq; licet, *extra* & *præter Sacra publica*, diebns præſertim *Dominicis* & *Feſtis integris*, queis omnes debere intereſſe docuimꝰ §. LXVII.XCII. CLXXX. & CCXC. *Veniat igitur* ad Eccleſiam in Baſilicâ congregatam *cuicunq; poſſibile ſit: qui verò hoc non poſſit, ſaltem in domo oret, & non negligat Deo ſolvere votum, ac reddere penſum ſervitutis*, juxta *S. Auguſtin.* ſermon. de Temp. CCLI. fol. 346. lit. c. Ergo vel ante, vel poſt Sacra publica domi rurſus vel convenire vel ſacra ſeorſim Deo exhibere licebit,

Digitized by Google

cebit; qui verò ſub concionibus domi remanent, ne penitùs vacua ædes furto, igni, aliisq́ periculis exponatur, ii nihilominus piis intereà vacare debent meditationibus. v. Kirchen-Ordn. fol. 35. m. ¶. Es ſoll auch &c. *Bis* ad minimum orari debere vide *Concil.* Tom. 2. fol. 86. f. num. 7. Quamvis autem omne tempus. maximè tamen congruum eſt (1.) *Matutinum. Mane* enim *orandum eſt, ut Reſurrectio Domini matutinâ oratione celebretur, quod olim SPIRITUS SANCTUS deſignabat in Pſalmis, dicens:* ad Te Domine levabo mane, *Pſal.* V. 4. *& iterum per prophetam loquitur Dominus:* Diluculo vigilabunt ad me &c. juxta *Cyprian.* ſerm. VI. de Orat. DN. fol. 242. m. conf. *Calvin.* Inſtit. Lib. *III.* cap. 20. ſect. 50. fol. 352. *Caſſetta* l. c. §. 8. pag. 179. 180. conf. *Ravanell.* T. 2. fol. 1334. a. f. (2.) *Menſale*, tam *ante* quàm poſt cibi

ſumtionem: *dum ad paſtum diſcumbimus, dum DEI Benedictione paſti ſumus*, juxta *Calvin.* l. c. Heic præeunte *Luthero* ante, *Pſal.* CXLV. verſ. 15. 16. pòſt CXXXVI. 1. 25. & CXLVII. 9. 10. piè precamur. *Non debes quaſi famelicus ad cibum de cibo incipere, ſed antè à Laudibus Dei*, ait *Ambroſ.* de ſacram. Lib. *VI.* cap. ult. qui & peculiari ſerm. agit, *poſt cibum gratias Deo referri debere.* Tom. 3. fol. 247. conf. *Bebel.* Eccleſ. Antedil. §. 28. pag. 40. m. *Buxtorff.* Inſt. Cœn. pag. 33. &c. *Calvin.* l. c. ſect. 44. *Cent. Magd.* I. lib. *I.* cap. 6. fol. 246. & lib. II. cap. 6. fol. 501. 26. *Calvin.* in Catechiſ. Genev. fol. 33. a. *Precationum ante cibum, & gratiarum actionis poſt eum ſumtum* mentio fit in *Chronico Æditui* de Martino juxta *Cent. Magd.* VII. fol. 156. m. *Chemnit.* in Exam. Conc. Trid. ab officiis Pontif. vindicat dictum 1. Tim. *IV.* 4. rationesq́ affert, *cur ver-*

verbum & orationem fideles adhibeant in uſu rerum? tandem exponit *Benediction. & Grat. Monachor. Ægypt. & Eccleſiæ Latinæ* quæ exſcribere non ſedet. Videri poteſt part. IV. de Jejunio pagin. 168-173. adde *Concil. Remenſe* can. 17. ap. *Caranzam.* pag. 557. m. *Durell.* Hiſtor. Rit. Anglic. cap. *III.* pag. 28. *Engelgrav.* Luc. Evangel. part. 1. pag. 273. 275. *Gloſſ. ordinaria* Rab. Mauri ſuper *Matth.* XXVI. f. 83. in replic. *Joach. Hildeb.* in ſexemplum vocat loca *Marc. IIX. 6. Matth. XIV. 9. XXVI. 30. Luc. XXIV. 30. Devter. IIX.* 10. & plura omninò in hanc rem nitidè diſſerit in Tract. de Precib. cap. *II. §.* 10. 11. pag. 52-54. it. 92. *Iſidor. Hiſpal.* Origg. Lib. VI. c. 19. fol. 33. a. 1. f. *G. Major.* in Vitiſp. elegantem narrat *fabellam*, de *Sene*, cui viſi fuerint convivarũ de cibo eodẽ alii *mel*, alii *panes*, alii *ſtercus* edere; ex revelatione verò didicerit *primos* eſſe, *qui*

Gg 6 *cum*

cum timore & tremore & gratiarum actione edunt ... ſecundos, qui cum gratiarum actione accipiunt à Deo donata, tertios, qui murmurant & deſpiciunt dona Dei &c. vide autoris pag. 236. 237. *Phil. Melancht.* Corp. Doctr. fol. 953. f. *Novarinus* multa curioſè conſtipavit Elect. Sacr. Lib. V. cap. 45. §. 489. fol. 151. cap. 46. §. 494. &c. fol. 152. &c. *Polydor. Virg.* de Invent. Rer. Lib. VI. c. 6. pag. 495. *Jac. Pontan.* Progymn. Lat. Lib. *II.* 25. pag. 267. 268. *Quiſtorp.* de poculo Salut. pag. 12. 13. 15. *Rivand.* Feſt. Chron. part. *II.* fol. 1. b. m. *Siberi* Ara portat. *Stapleton.* promt. Cath. part. *I.* p. 207. & Moral. part. *I.* pag. 515. *Joh. Gulielm. Stuck.* Antiquit. Conviv. Lib. *II.* cap. 36. agit de *Conſecratione Menſæ, quâ Judæi, Chriſtiani, & aliæ gentes olim uſæ fuerint, & hodienum utuntur* fol. 278-282. cap. 37. ſive ult. tractat. *de Libationibus ante & poſt epulas adhibitis, de illarum*

No-

Digitized by Google

Nominibus, *Materia*, *Ceremoniis*, *Inſtrumentis*, *Uſu* fol. 282-288. *Joh. Henr. Urſinus* Analect. Sac. volum. *I.* num. 22. de *Ominibus Menſalibus ſuperſtitioſis* pag. 53. &c. *Sext. Aurel. Prudentius* concinnavit *hymnũ*, *ante & poſt cibum*, quorum ille incipit: *O crucifer* &c. pag. 49-57. hic, *Paſtis viſceribus ciboq́; ſumto* pag. 57-61. *Judæorum ritus* menſales conferre lubet? vide *Buxtorff.* Synagog. cap. V. *VI.* pag. 255. cap. X. pag. 323. &c. Formula DEO GRATIAS retenta videtur ex priſcâ Martyrum παῤῥησία apud *Auguſtin.* ſerm. fol. 132. e. *Ditmar.* pag. 226. m. 231. pr. *Sagittar.* de Cruciat. Mart. pag. 72.

CCXCV.

(3.) V*Eſpertinum ac nocturnum; & (a.) recedente quidem ſole, nam quia CHRISTUS Sol verus & dies verus eſt, ſole ac die ſeculi recedente, quando oramus & petimus ut ſuper nos*

nos Lux denuò veniat, *CHRISTI precamur adventum*, *Lucis æternæ gratiam præbiturum*, juxta *Cyprian.* l. c. fol. 242. f. *Qui autem in CHRISTO h. e. in lumine ſemper ſumus*, *nec noctibus ab oratione ceſſamus* ibid. fol. 243. pr. quo referas *Hymnum*, *O Lux beata Tr.* Ita rurſùm *S. Prudentius* hymnum compoſuit (β.) *ante ſomnum*, cui initium: *Ades Pater Superne* pag. 68-73. (γ.) *in cubiculo Matth. VI. 6.* (δ.) *Quotiens* aliàs nonnulli oraverint *per diem*, vide pluribus ap. *Amal. Fortun.* Eccl. O. Lib. *VI.* c. 1. Tom. *IX.* Biblioth. PP. fol. 363. &c. *Avian.* Prax. Eccl. part. *III.* pag. 280. *Legend. Sanctor.* fol. 114. a. 1. m. *Majer.* Protheor Hieroth. cap. *XII.* pag. 111. *Mejer.* de Aſcet. 49. *Philips* Cler. Apl. Cath. pag. 46. 58. *Walich.* Relig. Turcic. pag. 29. f. (ε.) *Ter*, juxta morem V. T. v. *Gerhard.* Confeſſ. Cathol. Tom. *IV.* artic. *XXIV.* pag. 940. a. m. (ζ)

m. (ζ.) *integris* diebus *Euchitæ* ac *Meſſaliani*. v. *Confeſſ. Petrickov*. cap, *XII*. fol. 281. b. *Dieter*. Inſt. Catech. pag. 575. *Füller*. Miſcell. Lib. *II*. cap, 19. *Hildebr*. de Prec. pag. 62. *Scultet*. de Orat. pag. 184. *Gregor. de Valentia* Tom. 3. in 2. 2. Thomæ fol. 1660. (4.) atq; ita *arbitrariè*. conf. *Calvin*. in Catech. Genev. fol. 33. b. pr. *G. Forſter*. Congr. M. p. 390. &c. *Zepper*. Politi. Eccl. Hoc rurſùm eſt *adverbiũ Numeri* ex Donato Theoll. p. 73.

CAP. III. idemq́; Ult.

DE ACTIBUS.

Actus ſunt 1. certi v. g. Cantio, inter labores etiam ordinarios 296. Lectio loci bibl. Examen domeſticorum, Preces, aliaq; voluntaria, v. g. Jejunium hebdomadale, Feſtum Translationis Bibliorum 297. vel incerti v. g. reorum ad mortem præparatio, debilinm in-

infantum & clinicorum baptiſmꝰ domeſticus. ægrotorũm viſitatio & communio, quæ Pontificiis vocatur unctio extrema. 299. quæ ipſa extrema eſt, conſideratio, & totiꝰ opellæ concluſio.

CCXCVI.

Actus Sacrorum privatorum ſunt vel *certi*, vel *incerti*. *Illi* ſemper intenduntur, utputa (*a.*) *Cantio*: velut enim publica cum cantu occipimus, & in eundem rurſus deſinimus; ita & heic, e. g. *Theodoſius II. Imperator Glorioſiſſimus* cum *Sororibꝰ ſuis frequenter hymnos cantabat*: *memor* ſcilicet *beneficiorum* divinitùs obtentorum *patronum ſuũm laudibꝰ & hymnis celebrare non ceſſabat, atq; hujus hymnorum concentu DEUM laudandi conſvetudinis ſocias habebat ſorores ſuas, toto vitæ tempore virginitatem excolentes.* v. *Theodorit.* Hiſt. Eccl. Lib. V. c. 36. fol. 174. c. *Cent. Magd.* V. 6. fol. 678. *Ejus Regia non diſſi-*

diſſimilis fuit monaſterio. Nam primo diluculo ille ipſe cum ſororibus ſuis hymnos alternatim, decantatos recitavit, Socrat, H. E. |VII. 22. fol. 748. &c. qui & exemplum narrat ex tempore inſtitutarum in circo precum publicarum &c. fol. 749. d. e. f. adde *Oſiand.* Epit. Cent. V. lib. I. cap. 22. num. &c. p. 96. m. Itaque canitur (1.) *ad Menſam* juxta *Apoſtolum 1. Cor.* X. 31. &c. *Epheſ.* V. 18-20. *Coloſſ.* III. 16. necnon *Jacob.* cap. V. 13. adde ex *Clement. Alex.* pædag. L. II. c. 4. *Prætorii* Syntagm. Muſ. part. I. c. 12. pag. 28. *Aloyſ. Novarin.* Elect. Sacr. lib. V. cap. 59. §. 586. fol. 180. In Gymnaſiis nobilioribus, provincialibus pariter & Senatoriis, ubi certus Alumnorum convivit numerus, ad preces matutinas & veſpertinas, ad cibi item ſumtionem quotidiè cani ſolet. v. Kirchenordn. fol. 176. 178. (2.) Itaque *pſallendo cubitum itur.*

v. *Clem.*

v. *Clem. Alex.* & *Prætor.* l. c. *Hilde.* de præc. p. 10. &c. (3.) *Pſallendo ſurgitur*, in quo *aviculas* imitari decet: *quis enim ſenſum hominis gerens non erubeſcat ſine Pſalmorum celebritate diem vel inchoare vel claudere? cùm etiam immitiſſimæ aves ſolenni devotione & dulci carmine ortus dierum & noctium proſequantur?* ajente *S. Ambroſio* in Hexaëmeron Lib. V. cap. 12. Tom. IV. opp. & alibi: *Non immeritò væ illis, qui manè ebrietatis poculum requirunt, quos conveniebat DEO Laudes referre, prævenire lucem & vacare orationi, occurrere Soli Juſtitiæ, qui nos viſitat & exurgit nobis. Sic nos CHRISTO, non vino & ſiceræ ſurgamus! Hymni dicuntur* (*à piis videlicet & ſobriis*) *& tu cytharam tenes? Pſalmi canuntur, & tu Pſalterium ſonas aut Tympanum?* Libr. XV. de Helia ſive jejun. Tom. IV. opp. apud *Prætor.* Synt. Muſ. cap. XIII. (4.) *Pſallendo labo-*

laborum moleſtiæ falluntur. v. g. *Arator hic ſtivam tenens Alleluja decantat, ſudans meſſor Pſalmis ſe avocat, & curvâ attenens tondens vitem falce vinitor aliquid Davidicum canit. Hæc ſunt in hac provincia carmina: hæ (ut vulgò dicitur) amatoriæ cantiones, hic paſtorum ſibilus, hæc arma culturæ*, juxta *Hieronymum* Epl. *XIIX.* ap. *Prætor.* l. c. pagin. 31. 32. *Profectò, ſi mores veterum Chriſtianorum ſpectes, vidiſſes aureo illo ævo, dum Sangvis Chriſti adhuc calebat in Eccleſia, Laicos æquè à clericos Deo devotos domi foriſq; orâſſe, adeoq; inter epulas ac operas manuales precibus inſtitiſſe. Vidiſſes tunc* (atq; videas hodienum) *artificem in officina laborantem, ſe ſuamq; Salutem orando Deo commendare: idem factitabat arator ad ſtivam, nauclerus ad clavum, navita ad remum, foſſor ad glebam, textor ad ſtamen, uxor ad colum ſervus in villa, ancilla domum verrens, uſq; adeò*

apud

apud Veteres loca omnia precibus perſonabant. In vitis Patrum legimus, *Monachum qui in ipſa cloaca (ſit venia verbo) preces ſuas horarias abſolverit, interpellatum fuiſſe à Dæmone, quòd in loco tam fœtido orare non puderet; reſpondiſſe verò, Ego tecum dividam: DEO ſit quod ſuprà, tibi v. quod infrà. Quibus auditis dæmon intolerabili fœtore excitato receſſit,* (eloquente *Joach. Hildebr.* de Precib. cap. *I.* §. 4. pag. 9. m. f. 197. quod ultimum & *Joh. Manlius* refert in collectan. pag. 148. &c. conf. *Engelgr.* Luc. Evgl. part. *II.* pag. 38. a. m. *Prætor.* l. c. *Novarin.* Adag. Sac. Tom. 2. num. 71. excurſ. *IV.* §. 63. fol. 18. a. m.) *Eſt locus Eccleſiæ in Templo, in Schola, in domo, cubiculo: ubicunque duo aot tres &c.* juxta *D. M. Luther.* comm. in Genes. cap. *XXIIX.* Tom. 2. fol. 92. a. m. conf. *Concil. Cpltan. VI.* cap. 7. Tom. 2. fol. 86. f. *Ne nos excuſemus, quòd non ſit facile, hominem*

nem ſecularibus negotiis implicitum orare, prope ſe domum oratoriam non habentem; nam *ubicunq; ſis, potes Altare tuum conſtituere: nihil enim locus prohibet, neo impedit tempus. Licet & forum petentem & ambulantem prolixas facere orationes*: licet & *in officina ſedentem & ſuentem pelles, animam DEO dedicare: licet & ſervo ſive aſcendat, ſive deſcendat, & adſtanti coquo quum ad Eccleſiam ire non poteſt, orationem facere prolixam & ſolertem*, prout egregiè ſuos inſtruxit *Chryſoſt.* Hom. *LXXIX.* ad Pop. Ant. cit. *Hild.* de pr. p. 8. 9. (5.) Pſallendo *martyria ſubibantur*, ipſaq; adeò *mors*, quales non paucas habemus cantiones à S. Patribus confectas, quibus hunc vel illum Actum Sacrorum privatorum celebrârunt: ſolemusq; hodienum moribundis tales præcinere, quas ex *Patribus* collegit *Prætorius* Synt. Muſic. part. I. cap. 15. & 16. pag. 32. 34. ad-

34. adde *Urſini* Acerr. Philol. Lib. *I.* num. 4. pag. 11. pr.

CCXCVII.

(β.) EXamen *domeſticorum* ex auditâ concione *non oportebat omninò à cœtu Eccleſiæ recedentes contrariis huic negotio ſtudiis implicari, ſed domum continuò revertentes ſacros replicare libros, & conjugem pariter liberosq; ad eorum, quæ dicta ſunt, collationem vocare, hisq; altiùs ac penitiùs inſertis, tunc demum ad ea, quæ huic vitæ neceſſaria, curanda procedere*, inquit *S. Chryſoſt.* Homil. V. in *I.* cap. Matth. apud *Centur. Magdeb.* V. cap. 6. fol. 719. 720. adde Quiſtorp. Pi. Deſider. pag. 42. (γ.) *Lectio* Loci Biblici: prout dictus paulò antè *Theodoſius II.* habebat *ordine diſtributa tempora lectionum, pſalmorum jejuniorum, imò & vigiliarum* eloquente *Luc. Oſiandro* Epit. H. E. Cent. V. lib. *I.* cap. 22. ¶.

22. §. e. p. 96. m. adde *Bernhard.* opp. fol. 324. b. 1. f. *Donat. Theol.* pag. 64. nec aliud ſibi volunt *Calendaria Biblica*, quæ ſingulis diebus certum lectionis privatæ penſum admetiuntur. (δ.) *Preces* pro univerſa Eccleſia, rebusq́; ac affectibus privatis &c. vid. *Calvin.* Inſtit. Lib. *III.* cap. 20. ſect. 50. 51. fol. 352. *Cent. Magd.* V. c. 6. fol. 678. *Gregor. Naz.* Tom. 3. fol. 1022. *Lungvviz.* Admir. divin. Saxon. part. 2. pag. 21. *Procop.* de Ædificiis Juſtinian. pag. 677. f. (ε.) electa voluntaria, v. g. (1.) *Jejunium* ac preces certæ diei in hebdomadâ, quod Virum haut exigui nominis *h. l.* facere pluribus conſtat, & de *Theodoſio* jam fuit allatum & egregiè confirmatur à *Socrate Scholaſtico*, dúm ait: *tanta corporis & animi tolerantia fuit, ut tum algorem æſtumq́; forti ac virili animo ſuſtineret, tum crebrò jejunaret, & maximè diebus Mercurii & Veneris,*

quas

quas Græci τετϱάδας καὶ πϱοσκευάς ἡμέϱας *vocant: atq; hoc ab eo factitatum fuit, dum Chriſtianam vivendi rationem cumulatiſſimè explere contenderet.* H. E. lib. *VII.* cap. 22. fol. 748. d. e. (2.) *Feſtum Translationis Bibliorum*, à D. M. Luthero Anno M. D. XXXIV. *feliciſſimè, abſoluta* piâ quotannis recordatione celebrabat *D. Joh. Bugenhagius Pomeranus.* v. *Acta Jubil.* W*itteb.* Anni 1602. pag. 89. *Matheſ.* de vita Luth. *Theoll.* W*itteb.* præf. ad Bibl. Germ. quæ ſcripta fuit Anno *1660.* circa calcem W*olff.* Lect. Memor. Centen. XVI. Tom. 2. fol. 177. quod ipſum pium inſtitutum exemplo *Feſti Trãſlat. LXXV. verſionis* illuſtrat *Urſinus* Analect. Sac. vol. *I.* lib. 2. num. 2. pag. 104.

CCIIC.

I*Ncerta* & *exra ordinem* inſtituuntur *Sacra privata* (1.) ad *Reos morti* *præ-*

præparandos v. *Aſtexan.* ſumm. Cas. Conſcient. lib. *IV.* tit. 17. §. 45. *Hutter.* LL. CC. Theol. fol. 729. b, pr. *Schraderi* Formularb. in fine *Ornei* Seelen-Artzney §. LXXXVI. fol. 328. *Weiße* de Admittend. ad S. Cœn. ¶. 35. 39. (2.) ad Sacramenta adminiſtranda infirmis, v. gr. (a.) *infantibus Baptismum*, Noth-Tauffe: qui ſive à *Miniſtro VERBI*, ſive in Ejus defectu ab *Obſtetrice*, ſive *alio Chriſtiano mare* vel *fœminâ*, aut ejusdem aut diverſæ *religionis*, dummodo à *baptizato* fiat, perinde eſt, & eadem retinetur terrena materia, & idē baptiſmus infanti confertur, qui publicè & ordinariè aliàs ſolet. Videantur in hanc rem *Albaſpinæus* Obſerv. pag. 318. 319. *Aleſ.* Ordinat. Eccl. Anglic. pag. 50. 51. *Angles* in IV. pag. 57. *Arcudius* lib. 1. c. 11. fol. 24. 25. *Auguſtin.* Serm. fol. 144. a. 146. a. 246. b. it. Indic. *Peſſelii* & Paratitl. *Danæi* p. 97-101. *Beza* Ep.

IIX. pag. 79. XII. pag. 100. f. *Biel.* in IV. ſent. diſt. 5. lit. c. *Brochmand.* Tom. 2. fol. 417. 418. *Bucan.* pag. 612. *Carpzov.* Defin. Eccl. p 445. *Cent. Magdeb.* capp. VI. *Chamier* Panſtr. Tom. IV. lib. 5. c. 19. fol. 148. *Chemn.* Ex. C. Tr. p. *II.* pag. 65. *Concil.* Tom. 2. fol. 144. e. *Cyprian.* opp. fol. 328. *Deucer.* Theſaur. pag. 141. 550. *Dieter.* Inſt. Cat. pag. 684. Myſteriol. diſp. III. 8. 9. 14. 16. *Dreſſer.* Millen. V. p. 179. *Garth.* contra Becan. p. 272. *Gerhard.* Iſagog. pag. 973. 974. 1028. 1030. 1033. 1035. 1038. 1042. *Hunn.* de Sacram. c. XIII. p. 222. *Hutter.* LL. CC. fol. 672-674. Kirchenordn. fol. 10-13. 21. 295. 296. *Luther.* Tom. 2. Jen. Lat. fol. 550. *Lyſer.* de Sacram. diſp. X. *Meiſner.* Colleg. Sacram. pag. 153. 155. & Colleg. Adiaphor. pag. 101. 109. *Joh. Olearius* ap. *Wolff.* Lect. Memor. Tom. 2. Centenar. XVI. fol. 1006. *Theoll. Palat.* im Bericht pag. 437. *Petrej.* Confeſſ.

Tert.

